DE TABULA MUNDI

AB JOANNE GAZAEO DESCRIPTA

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GERHARDUS KRAHMER
SEDINENSIS

ADIECTA EST TABULA

HALIS SAXONUM
FORMIS DESCRIPSIT EHRHARDT KARRAS G. M. B. H.
MCMXX

DE TABULA MUNDI

AB JOANNE GAZAEO DESCRIPTA

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GERHARDUS KRAHMER

SEDINENSIS

ADIECTA EST TABULA

HALIS SAXONUM

FORMIS DESCRIPSIT EHRHARDT KARRAS G. M. B. H.

MCMXX

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulit
Carolus Robert.

Prostat haec dissertatio Berolini apud Weidmannos.

CAROLO ROBERT

SACRUM

Conspectus.

Mundi imago, quam describit Ioannes Gazaeus, cum non solum rarissimum VI. p. C. n. saec. artis praebeat exemplum, sed etiam, quod ex christianis et graecis figuris composita est, tamquam duplici fronte Iani instar propriam illius aetatis prae se gerat naturam atque indolem, haud indigna videtur, quae iterum iterumque tractetur. Atque cum multis in rebus a Paulo Friedlaender, qui nuper Ioannis carmen diligenter atque accurate edidit commentarioque doctissimo et sagacissimo instruxit,[1]) dissentiamus novisque subsidiis hanc quaestionem amplificari et augeri posse putemus, de hac tabula mundi, quae vocatur, denuo agere nobis propositum est. Ita autem hanc in rem inquiramus, ut paucis praemissis primum disceptemus, qua forma singulae fuerint figurae, tum, postquam de muri partis depictae conformatione locuti sumus, quomodo vel quo ordine singulae figurae inter se in imagine conexae fuisse videantur.

Sed ut facilius intellegas, quibus de rebus agamus, ante omnia cunctas figuras ad ordinem quendam redigamus. Atque cum Ioannes ipse mundum se canere declaret (I v. 27 *κόσμος γὰρ ἀείδεται*), dubium non esse potest, quomodo nobis progrediendum sit. Ac primum quidem ut mundi principia inveniuntur Tellus (II v. 1 sq.) et Thalassa (II v. 65 sq.) et Oceanus (I v. 272 sq.), apud quos non solum angeli (II v. 13 sq., 45 sq., 78; I v. 307 sq.) sed etiam aliae adstant figurae. Prope Tellurem enim et infantes (II v. 33 sq.), quos poeta fructus (*Καρπούς*) appellat, et duae conspiciuntur feminae (II v. 55 sq.), de quibus infra nobis copiosius disserendum erit, iuxta Oceanum autem et taurus et cetus (I v. 291 sq.) et Bythus (I v. 303 sq.). Neque vero desiderantur

---

[1]) Iohannes von Gaza und Paulus Silentarius, Kunstbeschreibungen Iustinianischer Zeit erklärt von Paul Friedlaender. Sammlung wissenschaftlicher Kommentare. Teubner 1912.

Caelus (I v. 44 sq.) ex nubibus eminens aut Aether (II v. 314 sq.), qui Cosmum tamquam Physeos coronat victorem (II v. 322 sq.). Deinde illa nominanda sunt numina, quae mundo lucem afferunt, Aurora a duodecim Horis circumdata (I v. 314 sq.), Sol, qui a tribus fulcitur figuris (I v. 49 sq.), Lucifer (II v. 203 sq.), Orthrus (II v. 239 sq.), Anatolie (II v. 241 sq.). Ac ne Phoenix (II v. 208 sq.) quidem, celeberrima illa Solis avis, deest. Quibus respondent numina, quae noctem regunt, ipsa Nox (II v. 245 sq.) et Luna (I v. 205 sq.) et Vesper (I v. 180 sq.) et plaustri sidus (I v. 187 sq.). Tum tempestates humanis corporibus expressas (II v. 137 sq.) Ioannes commemorat, quattuor Ventos (I v. 225 sq.), qui suum quisque equum frenant, Chimona (II v. 109 sq.), qui una cum angelo quodam terram imbribus reficit, Irim mitram ut arcum caelestem expandentem (II v. 170 sq.). Denique ut diei duodecim, ita etiam anni Horae quattuor depictae sunt (II v. 259 sq.), porro Aeon (I v. 137 sq.) et duae, quae Euphoriae nominantur, feminae (II v. 227 sq.). Has autem inter imagines crucis signum auro effulget (I v. 29 sq.).

De figuris Christianis.

Iam cum inter figuras ex Graecorum vel Romanorum arte depromptas, ut Oceanum, Tellurem, Thalassam, alias mere Christianas, crucem et angelos, dispositas inveniamus, id maxime mirabimur, quomodo Graecae cum Christianis conexae sint opiniones. Nam quamvis in aliis quoque illorum saeculorum artis operibus res Graecas cum Christianis coniunctas videamus, semper tamen id eo modo fieri solet, ut argumentum operis ex Christianis opinionibus derivatum rebus Graecis adornetur et explicetur. Habemus enim, ut exemplum afferam, in imaginibus, quae vel ad vetus vel ad novum spectant testamentum, naturae principia illa humanis corporibus figurata, quibus Graecorum more dilucidius significatur, quo loco sive quomodo res agatur. Atque his in monumentis figurae Graecae ad totam compositionem minoris esse momenti ita videntur, ut sine sententiae detrimento deesse possint. Sed picturam Gazaeam vel eo, quod figurae Graecae Christianas numero longe superant, valde ab artis operibus illis differre apparet. Quin etiam fieri potest, ut hae Christianae doctrinae figurae primo obtutu ita ad imaginem ipsam pertinere non videantur, ut si illae omissae essent, id forte non vituperaremus.

Qua de re ut recte iudicemus, quaeramus, quid sibi velint signum crucis angelorumque figurae. Atque quamquam Christianos signo crucis et aedificium servari et malos daemones omniaque mala coerceri[1]) putavisse nemo ignorat, tamen crucis vim in hac imagine, qua mundum exprimi poeta dicit,[2]) peculiarem esse affirmari potest. Dicit enim Ioannes cruci ideo esse quattuor acumina, quod quattuor caeli regionibus mundus contineatur.[3]) Haec vero sententia apud Christianarum rerum scriptores saepius invenitur. Dicit enim Maximus Taurinensis,[4]) cuius verba exempli causa afferam: „Nam cum quattuor partibus, hoc est oriente et occidente ac meridiano et septentrione, (sc. caelum) distinguitur, quattuor quasi crucis angulis continetur", atque Hieronymus:[5]) „Ipsa species crucis, quid est, nisi forma quadrata mundi?" Quibus ex testimoniis cognoscitur pictorem non sensu vel ingenio suo commotum crucis signum inseruisse, sed ut demonstraret, qua potestate mundus, quem depingit, regeretur. Sed quod poeta tribus circulis fuscis cruci circumiectis sanctam significari putat trinitatem,[6]) id num pictor re vera voluerit, dubitari potest, praesertim cum nullum opus, in quo trinitas circulis expressa sit,

---

[1]) Paul. Silent. H. Soph. v. 506 sq. (ed. Friedl.) *τύπος σταυροῖο ... χαράσσεται, ὄφρα σαώσῃ νηὸν ἀειφρούρητον ὅλον κόσμοιο σαωτήρ.* Gregor. Nyss. Migne Tom. 46 p. 417 B *τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ τὸ τῶν κακῶν ἀλεξητήριον.* Maxim. Taurin. Hom. L Migne Tom. 57 p. 342 B: „at ubi signum crucis erigitur, statim et diaboli iniquitas repellitur."

[2]) I v. 27 *κόσμος γὰρ ἀείδεται.*

[3]) I v. 35 sq. *τέσσαρα δ' ἄκρα τέθηλεν, ὅτι πρωτόσπορος αἰὼν φωσφόρος, ἕσπερα νῶτα, μεσημβριάς, ἄρκτος ἐτύχθη ἐκ νοερῶν πισύρων ξυνοχὴν κόσμοιο τελέσσας.*

[4]) Homil. L Migne Tom. 57 p. 342 C.

[5]) Comment. in Ev. sec. Marc. Migne Tom. 30 p. 661 C, praeterea Coel. Sedul. carm. Pasch. V. v. 188 sq. Migne XIX p. 724 sq., Gregor. Nyss. in Christi resurr. or I. Migne Tom. 46 p. 624 A B. Itaque Christiani Christum cruci affixum dominum totius mundi esse putabant. Coel. Sedul. ibid. p. 725 v. 195, Rufini comm. in symb. Ap. Migne Tom. 21 p. 352 B. C, 353 A. B, Gregor. Nyss. ibid. p. 625 B, Paulin. Nol. carm. XIX v. 639 sq. Migne Tom. 61 p. 546: „.... qui cruce dispansa per quatuor extima ligni, quatuor attingit dimensum partibus orbem" etc. cf. Wilpert Röm. Mosaiken und Malereien I p. 29 adn. 3.

[6]) I v. 41 sq. *καὶ νοερῆς Τριάδος τύπος αἴσιος ἀμφιχορεύε, κυανέαις ἕλίκεσσι, χαρασσομένης ἐνὶ κύκλοις κτλ.*

inter artis christianae monumenta reperiatur. Immo exemplum habemus, quantopere illius aetatis homines in omnibus rebus sive humanis sive caelestibus *σύμβολα πολλά*, ut Ioannis verbis (I v. 145) utar, suspicati sint. Cuius rei longe illustrissimum praebet exemplum Paulinus Nolanus, qui tribus illis signi Christi hastis trinitatem exprimi asseverat.[1])

Neque angelorum figurae quid significent, dubitari potest. Ioannes enim septem enumerat angelos, quorum unum prope Oceanum (I v. 307 sq.), alterum prope Thalassam (II v. 78) adstare, tertium Chimona sequi dicit (II v. 133 sq.), quartum et quintum, cum de Telluris imagine verba facit, commemorat (II v. 13 sq.; 45 sq.), denique duos alteros (II v. 160 sq.) fulgura et tonitrua coercentes describit. Perscrutemur igitur et paucis exponamus ea, quae de angelis poeta facit verba, ut intellegamus, quali natura illi sint quidve in pictura valeant. Ac primum quidem cum de Oceani angelo scriptum videamus: I v. 312 *στέφος ὑγρὸν ἀεὶ χθονὸς ἡνιοχεύων*, angelum eodem modo atque Oceanum ipsum aequora regere apparet. Deinde quod poeta angelum Telluri fructus parturienti auxilio venisse atque illo auctore fruges a terra effundi et famis terrores expelli dicit, dubium non est, quin angelus ipse terrae vice fungatur. Denique cum et rura eodem modo atque a Chimone nimbis ab angelo recreari et angelos tempestatis numinibus imperare legamus, angelos eorum numinum, quibus adpositi sunt, rectores ac moderatores esse et idem valere atque ipsum Oceanum et ipsam Thalassam et cetera naturae principia intellegimus. Quae sententia cum Iudaeorum et Christianorum placitis, qui omnia, quae in mundo essent, ab angelis administrari putabant,[2]) optime congruit.

---

[1]) Quod hodie Constantini monogramma vocatur. Paulini carm. XIX v. 628 sq., cf. Wilpert Die römischen Mosaiken und Malereien I p. 29 sq. Huius interpretandi rationis exempla Ioannes ipse praebet, cf. quae exponit de vestimento Aeonis I v. 150 sq., de Cosmi digitis II v. 335 sq.

[2]) Cf. Stuhlfauth Die Engel in der altchristlichen Kunst p. 21 sq., praeterea vide Gregor. Naz. carm. lib. I 7 *περὶ νοερῶν οὐσιῶν* v. 13 sq., 23 sq. Migne Tom. 37 p. 439; Epiphan. lib. de mens. et pond. Migne Tom. 43 p. 276 B. C. Hi angeli *στοιχεῖα τοῦ κόσμου* vocabantur. Stuhlfauth ibid.

In pictura igitur Gazaea, cum duplici modo et suis et angelorum figuris expressa esse rerum principia didicerimus, etiam angelos magni ad sensum imaginis comprehendendum momenti esse fatebimur.

Quae cum ita sint, propriam huius picturae virtutem in eo iudicamus niti, quod et Graecae et Christianae res, quibus imago efficitur, eodem pondere eademque auctoritate sunt neque alterae alteris, id quod in monumentis conservatis fieri videmus, subiunguntur.[1])

Quibus rebus praemissis figuras, quas describit Ioannes, restituendas curemus; qua in re ita progrediamur, ut primum quidem de figuris, quae solae per se in imagine exstabant, tum de illis, quae cum aliis coniunctae erant, agamus.

[1]) Simile quiddam praebet Ioannes carmine ipso, qui quamquam in modum Graecorum poetarum Musas invocavit (I v. 1—18), tamen tertia prooemii parte a deo Christiano ipso auxilium implorat ad versus componendos (I v. 19—28).

I.

De cruce. A cruce Ioannes incipit, a cruce nos quoque incipiamus. Crucem ea fuisse forma, quam Latinam appellare solemus, inde elucet, quod poeta alteram hastam altera breviore dividi his dicit verbis (I v. 29 sq.):

> *ὀρθοτενὴς γραμμὴ περιμήκετος ὑψόθεν ἕρπει*
> *μεῖζον μῆκος ἔχουσα· κασιγνήτη δέ τις ἄλλη*
> *μείων ἀντικέλευθος ἐλαύνεται κτλ.*

In his et iis qui sequuntur versibus Ioannes, quamvis certum fontem indicare non possim, crucis interpretationem quandam in animo videtur habuisse. Similia enim de cruce et alii [1]) scriptores Christiani afferunt et Gregorius Nyssenus, qui crucem cum littera iota cum apice coniuncta his verbis comparat: [2]) *ἡ ἐγκάθετος γραμμή, ἡ ἄνωθεν ἐπὶ τὸ βάθος καθήκουσα, ἰῶτα λέγεται· ἡ δὲ ἐγκαρσίως ἀγομένη διὰ πλαγίου κεραία ὀνομάζεται.* Haec igitur Ioannis versibus (I v. 29 sq.) persimilia esse non solum eo cognoscitur, quod duae illae lineae, quibus crux efficitur, altera post alteram describuntur, [3]) sed etiam inde

[1]) Cf. adn. 3.

[2]) In Christi resurr. or. I. Migne Tom. 46 p. 625 A.

[3]) Haec describendi ratio proficiscitur ex crucis descriptionibus illis, in quibus crucis forma cum litteris iota (cf. Gregor. Nyss. l. c.) et tau confertur, cf. Paulin. Nol. carm. XIX v. 615 sq. Migne Tom. 61 p. 544 B: „cum stipite figitur uno quaque cacumen habet, transverso vecte iugatur“; cf. Wilpert Die röm. Mosaiken u. Malereien I p. 28 sq. Hieronymus Migne Tom. 30 p. 661 C, vide etiam crucis cum navis malo comparationem ap. Gregor. Nyss. ibid., Paul. Nolan. ibid. v. 613, Hieron. ibid., Maximum Taur. Migne 57 p. 341 C. Etiam quod (I v. 35 sq.) cruce mundum contineri poeta dicit, id ex his interpretationibus videtur pendere (cf. supra p. 3).

apparet, quod verba ἄνωθεν καθήκουσα Ioannis verbis ὑψόθεν ἕρπει respondere in promptu est. Itaque vox ὑψόθεν ad picturam restituendam nullius momenti est. Cruci autem circumscriptos esse tres circulos fuscos docent versus (I v. 41 sq.):

> καὶ νοερῆς Τριάδος τύπος αἴσιος ἀμφιχορεύει
> κυανέαις ἕλικεσσι, χαρασσομένης ἐνὶ κύκλοις κτλ.

Neque quisquam dubitet, quin circuli illi, quibus trinitatem significari Ioannes dicit (cf. supra p. 3 sq.), derivati sint ex nimbo, qui in illius aetatis artis monumentis saepius propria lucida natura omissa invenitur.[1]) Crux igitur latina tribus fuscis circulis cincta atque quod vocabula (I v. 39) χρυσοφαὴς μάρμαιρεν indicant, aureo colore depicta erat.[2])

Post crucem poeta Caeli figuram commemorat. Caelum autem barba crinibusque, qui a fronte divisi ad umeros defluunt, ornatum superiore corporis parte ex nubibus eminere docent versus (I v. 44 sq.): De Caelo.

> ὧν ἀποβαίνων[3])
> Οὐρανὸς ἐστήρικτο γεροντικὸν εἶδος ἀείρων,
> λεπταλέοις νεφέεσσιν ἐπαμβλύνων τύπον αἰδοῦς,
> χεῖρας ἐφαπλώσας, καὶ ἐπ' αὐχένι βόστρυχα σύρων
> ἄνδιχα τεμνομένων πλοκάμων ἑλικώδεϊ κόσμῳ κτλ.

Quibus in rebus Caeli effigiem cum nota illa figura, quae inter artis Romanae monumenta saepissime observatur,[4]) congruere apparet, praeterquam quod Caelus in imagine Gazaea vestimentum supra caput curvatum non tenet, sed, ut ait poeta, bracchia expandit. Verbum enim ἐφαπλώσας non manus in altum sublatas significat, sed extendendi vel membra explicandi habet notionem, quae et alibi apud Ioannem (II v. 250; metaphorice

---

[1]) Wilpert Die röm. Mosaiken u. Malereien II p. 1193 sq.; Krücke Nimbus und verw. Attribute p. 118 sq.

[2]) Huc spectant versus (I v. 43 sq.) καὶ ἔνδοθεν (sc. ἐν τοῖς κύκλοις) ἔστι νοῆσαι γραμμῶν ἀμφοτέρων ἅγιον σέλας.

[3]) De his verbis cf. infra.

[4]) Robert Hermeneutik p. 52. p. 49 fig. 34 (= Robert Sark. Rel. III, 357). p. 51 fig. 36 (= Brunn-Bruckm. n. 225). p. 346 fig. 267 (= Robert Sark. Rel. II, 11).

I v. 256) et apud Nonnum[1]) invenitur. Atque quod ne ceterae quidem Caeli imagines ex antiquitate conservatae cum hac pictura accurate consentiunt,[2]) id, cum nobis de Solis figura disputaturis ad Caeli exemplum revertendum sit (cf. infra), nunc quidem omittimus.

De Aeone. Carminis ordinem cum huc usque secuti simus, figuris illis, quae arcte cum Caelo coniunctae sunt, nunc quidem neglectis, ut postea accuratius de iis disputemus, statim ad Aeonis (I v. 137 sq.) figuram nos convertimus. De Aeone igitur dicit Ioannes:[3]) (I v. 139 sq.)

πατροπάτωρ, περίμετρος ἀλωφήτοισι κελεύθοις,
ὃς νοερῇ στροφάλιγγι γονὴν βιότοιο φυλάσσων,
Ἁρμονίης οἴηκα παλινδίνητον ἀείρων,
ποιμαίνει λυκάβαντα δυωδεκάμηνον ἑλίσσων
καὶ χρόνον εἰς χρόνον ἄλλον ἐρεύγεται ἄψοφος ἕρπων,

quae non ad Aeonis imaginem pictam pertinere, sed indolem et naturam eius declarare nemo non videt. Neque vero gubernaculum eum tenuisse putamus, quod hoc quoque ad vim ac potestatem eius pertinet atque haec verba in medio enuntiato relativo leguntur. Poeta autem hac in re Nonnum sequitur, apud quem Aeon et de caelestibus suis gubernaculis mentionem facit[4]) et in Harmoniae aedes tamquam in domicilium suum revertitur.[5]) Tum vero versu (I v. 144):

νῦν δ' ἐπικοσμήσας δολιχόσκιον εἰκόνα μορφῆς

animi legentium ad picturam revocantur. Aeon igitur depictus est in Olympo sedens,[6]) pectore ventreque nudus,[7]) pallio

[1]) Nonn. Dion. XII 275 sq. *ἀμφὶ δὲ συκῇ χεῖρας ἐφαπλώσας ἐπερείδεαι.* XV 9 *στῆθος ἐφαπλώσας ποταμηίδος ὑψόθεν ὄχθης κτλ.* XL 321 *χεῖρας ἐφαπλώσασα μέση διδυμάονι πόντῳ.*

[2]) Robert Hermeneutik p. 72 fig. 61 (= Hermes XLVI 1911 p. 249 sq.), praeterea cf. Robert Sark. Rel. III, 3 n. 336 p. 418, quo in sarcophago Caelus figura iuvenili expressus rotam apprehendit; v. infra.

[3]) De verbis *μορφοῦτο περίδρομον ἐς πόλον ἄλλον* (I v. 138) v. infra.

[4]) Dion. VII 36 *οὐρανίους οἴηκας ἀναίνομαι.*

[5]) Dion. VII 109 *οἶκον ἐς Ἁρμονίης.*

[6]) I v. 145 sq. *ἐν γὰρ Ὀλύμπῳ φαιδρὸς ἐφεδρήσσει κεχαραγμένος.*

[7]) I v. 150 *στήθεα γυμνώσας καὶ γαστέρα σήματα φαίνει ὅττι κτλ.*; cf. I v. 156 *γυμνὸς ὕπερθεν ὑπέρτερα μέτρα φαείνει.*

purpureo parte inferiore tectus,[1]) cuius laciniam sinistra in altum elevat,[2]) dum femori velato dextram imponit.[3]) Vultu autem immoto Solem[4]) intuetur. Huic vero descriptioni interpretationes philosophicas ubique admiscet Ioannes. Dicit enim de Aeone (I v. 145) *σύμβολα πολλὰ φέρων ποικίλλεται.* Namque quod superior pars corporis nuda sit, eo significari numina divina semper conspicua esse nec velamine indigere ut mortales (I v. 151 sq.). Quod vero dextram femori imponat, id auxilium divinum hominibus necessarium indicare (I v. 160 sq.). Pallium autem manu laeva elevatum ad hominum miseriam spectare (I v. 173 sq.) atque erectum manus pollicem ceteris digitis clausis maiestatis symbolum esse (I v. 164 sq.). Quod vero Friedlaender Aeonem in tabula editioni adiecta barbatum reddidit, id rectum esse vix credi potest. Namque non solum ex vocabulis *ἀμφιθαλής* (I v. 138) et *θαλερὸν δέμας* (I v. 149) eum aetate formaque florere atque a senis figura Nonniana alienum esse apparet, sed etiam ex vocabulo *ἀρτιθαλής* (I v. 146), quo Nonnus ad adulescentes[5]) pullosque[6]) describendos utitur, eum adulescentis figuram habuisse plane elucet. Ex antiquitate nulla conservata est Aeonis imago, quae ad hanc figuram illustrandam prodesse possit.[7])

---

[1]) I v. 147 sq. *φάρεϊ πορφυρέῳ ... βουβῶνος ἄναξ ἐκάλυψεν ὀπώρην ἄχρι ποδῶν πυκάσας θαλερὸν δέμας.* 157 *τὰ δ' ἔνερθε καλύπτει.*

[2]) I v. 162 sq. *καὶ σκαιὴν παλάμην ὑψούμενος ἄσπετος Αἰὼν παλλομένην ἐτίταινεν ἐς αἰθέρα δάκτυλα κάμπτων, φάρεος ἄκρον ἔχουσαν ἐπήορον.*

[3]) I v. 159 sq. *καλυπτομένοιο δὲ μηροῦ δεξιτερὴν ἐπέθηκεν.*

[4]) I v. 158 sq. *φέγγος ἀποστίλβοντος ὀπιπεύων ἐλατῆρος νεύμασιν ἀτρέπτοισι.*

[5]) Dion. IX 201 *ἀρτιθαλὴς ἔτι κοῦρος ὀρίτροφος.*

[6]) Dion. XI 85 *ἀρτιθαλῆ τινὰ νεβρόν.*

[7]) Zoega (B. R. II 59; Abh. 185 sq.) Aeonem statua illa angue circumvoluta et leonis capite instructa significari putavit, aliter Wernicke Pauly-Wissowa I 1043; sed v. Cumont Mystères de Mithra I p. 76 sq. Huc pertinet gemma illa, quae Aeonem facie humana sed leonis pedibus praeditum praebet, cf. Wünsch Archiv für Rel. Wiss. 1909 p. 32 sq. Corpore humano hunc deum expressum esse in psalterio (Utrecht) Friedl. p. 179 adnotat; cf. Repertor. f. Kunstwiss. XXI 1898 p. 28 sq (Graeven). Simulacra Aeonis ab artificibus saepius ficta esse et Damascius (apud Suidam ed. Bernhardy I 2, 872 *τὸ ἄρρητον ἄγαλμα τοῦ Αἰῶνος,* de qua statua v. Holl „Der Ursprung des Epiphanienfestes" in

De Vespero. Tum Vesperum describit poeta, qui capite erecto manibus facem demissam portans figuram pueri oblique de Olympo delabentis spectantibus praebens claris coloribus pictus erat.[1] Qua cum figura Vesperum anaglyphi Villae Albanianae[2] iure comparare videtur Friedlaender. Sed fieri potest, ut etiam versus (I v. 186)

λαμπάδα νυκτιχόρευτον ἐπικλίνων ὑπὸ γαῖαν,

qui Vesperum facem sub terram demittere significat, ad picturam pertineat. At de hac quaestione infra agemus.

De plaustri sidere. Versus, quibus Ioannes Vespero descripto de plaustri sidere agit, primo obtutu in tres divisi videntur esse partes, quarum una poeta sideris in caelo locum describit[3] Homeri celeberrimorum versuum recordatus,[4] altera plaustri stellas easdem ac stellas errantes esse in libro quodam veterum se legisse dicit,[5] tertia has stellas errantes nominatim affert.[6] Sed quomodo

---

Sitz. Ber. Akad. Berl. 1917 p. 431 sq.) et titulus baseos Eleusine inventae docent, Dittenberger Syll.² n. 757; Weinreich „Aion in Eleusis“ Archiv für Rel. Wiss. 1918 p. 174 sq.

¹) I v. 184 sq. *νῦν δὲ μεταστήσας δέμας αἰόλον ἠρέμα δύνει δόχμιος ὀρθοκάρηνος, ὀλισθαίνων ἀπ᾿ Ὀλύμπου λαμπάδα νυκτιχόρευτον ἐπικλίνων ὑπὸ γαῖαν.*

²) Friedl. p. 179 fig. 1. Thiele: Antike Himmelsbilder p. 25 fig. 3; Helbig Führer II³ p. 458 n. 1929.

³) I v. 187 sq. *καὶ δρόμος ἀζαλέης ἑπτάστερός ἐστιν Ἁμάξης,*
ἥτε πόλον κάμπτουσα καὶ ἄξονα, γείτονα πόντου,
τὴν αὐτὴν ἐπὶ νύσσαν ἔχει στροφάλιγγα κελεύθου
ἄβροχος ἀστυφέλικτον ἑλισσομένη περὶ κέντρον.

⁴) Il. Σ 487 sq. *ἄρκτον θ᾿, ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,*
ἥτ᾿ αὐτοῦ στρέφεται καί τ᾿ Ὠρίωνα δοκεύει,
οἴη δ᾿ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

⁵) I v. 191 sq. *ἀλλὰ παλαιγενέων ἐγκύμονα βίβλον ἀφάσσων,*
ἐν φρενὶ μυριόκυκλον ἀνιχνεύων ὁδὸν ἄστρων
καὶ πόλον ἀστροχίτωνα καὶ ἀπλανέας καὶ ἀλήτας,
ἀρκτῴης ἐνόησα πολύστροφον ὁλκὸν ἀπήνης,
ὅττι φαεινομένους Φύσις ἄσπορος ἄμμιγα παύροις
ἀστέρας εἰς ἓν ἄγειρεν ἀλήμονας εἰς ῥάχιν ἄρκτου,
ἀπλανέας στήσασα Βορειάδος ἐγγύθι νύσσης.

⁶) v. 198 sq. *πρῶτος μοῦσαν ἔδειξε καὶ Ἑρμάωνος ἀκούει,*
δεύτερος ἀρσενόθηλυς ἀγαλλομένης Ἀφροδίτης,
καὶ τρίτος Ἠέλιος, φαεσφόρος Ἠριγενείης,
τέτρατος αἰολόβουλος ἔην Κρόνος ἠρέμα φαίνων,

plaustrum in pictura expressum fuerit, Ioannes non docet. Itaque quaeramus, qua figura artifex hoc sidus exhibere potuerit. Ac primum quidem plaustrum ea, quae nomine significatur, forma pictum fuisse vix credi potest, quod nullum artis monumentum ex antiquitate conservatum talem plaustri imaginem praebet. Deinde fieri potest, ut ursae figuram habuerit imago velut in libris astronomicis.[1]) Quod si factum fuisset, intellegi non potest, quibus de causis Ioannes hoc sidus plaustrum nominet, ursae autem nomen supprimat. Quod vero Friedlaender septem stellis eo modo, quo in caelo conspiciuntur, plaustri sidus redditum fuisse opinatus est (cf. Friedl. p. 180), id quidem non prorsus reiciendum videtur esse. Nam in vasculo Altamurae invento,[2]) quamvis Sol, Lucifer, Aurora humanis delineati sint corporibus, Noctem, quae illos fugit, non figura humana sed stellis invenimus expressam. Attamen cum non solum poeta ipse de pictore dicat (v. 19)

ἐσωματοποίει τὴν ἀσώματον φύσιν,

sed etiam, quod maioris videtur esse momenti, plaustri sidus in hoc carmine eundem obtineat ordinem ac Caelus vel Luna vel Sol, illud in imagine Gazaea humana vel animali forma fuisse verisimilius esse videri potest. Denique pictorem fortasse singulas imagini inseruisse stellas, ut et spatia, quae inter figuras patebant, expleret et picturam exornaret,[3]) Ioannem autem, ut hanc de stellis errantibus doctrinam reconditam (cf. Friedl. p. 180) proferre posset, has stellas plaustri nomine — ut ita dicam — complexum esse haud scio an recte coniectemus. Nam cum figurae quasi in caelo[4]) depictae sint, hanc opinionem ab imaginis indole ac natura haud alienam esse putaverim. Quod vero poeta singula septem stellarum nomina enumerat, inde

πέμπτος Ζηνὸς ἔλαμψε καὶ ἀντία πατρὸς ὁδεύει,
ἕκτος χιονέης διχομήνιδός ἐστι Σελήνης,
ἕβδομος ἀστερόπυρσος Ἄρης δορίτολμος ἐτύχθη.

[1]) Thiele Antike Himmelsbilder p. 91 sq. fig. 18; p. 161 fig. 70; p. 28 fig. 6.

[2]) Ann. dell' Inst. 1864 tab. S. T.

[3]) Quod saepius in vasculorum picturis fieri observamus, cf. Mon. dell' Inst. II tab. 30—32; VIII. tab. 43, 1.

[4]) Cf. I v. 70, v. 138; cf. infra.

concludere non licet eas re vera fuisse depictas. Namque Ioannes non solum illis, quorum supra mentionem fecimus (cf. p. 10 adn. 5), sed etiam his verbis (cf. supra p. 10 adn. 6), quippe quae nihil aliud nisi frigidam stellarum enumerationem praebeant, ea, quae in libro illo veterum legit, reddere videtur. Quibus de causis et hos de plaustri versus non, ut supra dixi, tripartitos sed bipartitos esse et totam alteram partem, cum ea ex libro illo hausta sit, cum imagine nihil commune habere intellegimus. Et si quis eo progredietur, ut contendat hoc sidus omnino non depictum fuisse, sed ab Ioanne eo tantum consilio commemoratum esse, ut sapientia sua gloriari posset, equidem non refragabor, praesertim cum poeta de huius sideris nec forma nec colore quicquam dicat. Atque ut imprimis illi de Aeone versus docent, quantopere poeta interpretationibus symbolicis operam dederit, ita haec plaustri sideris descriptio eius de rerum natura studia declarat. Neque enim ullam doctrinas promulgandi et venditandi occasionem praetermittit Ioannes.

De Iride. Irim (II v. 170 sq.) crinibus solutis, quibus pluvias significari poeta credit, ad umeros defluentibus ornatam[1]) manibus mitram supra caput sinuatam tenere versus docent (II v. 176 sq.):

> *χερσὶ δὲ μηκύνασα ῥοδόχροον ἄπτυγα μίτρης*
> *ξανθῷ λευκὰ κέρασσε μέλαν φοίνικι βαλοῦσα*
> *καὶ κεφαλὴν φαίδρυνεν.*

Atque cum arcum caelestem ab antiquis cum cingulo comparatum esse Hesychius doceat, a quo *Ἶρις . . . καὶ ἡ ἐν οὐρανῷ ζώνη* vocatur, fieri potest, ut Ioannes huius rei memor licentia poetica vocabulo *μίτρης* vestimentum quoddam indicaverit. Nam cum figurae cingulum tenue manibus supra caput tenentes inter artis opera nunquam inveniantur, Iridis caput non cingulo sed pallio circumdatum videtur fuisse.[2]) Versum autem (II v. 177):

> *ξανθῷ λευκὰ κέρασσε μέλαν φοίνικι βαλοῦσα.*

[1]) II v. 172 sq. *ἐς μέσον, εἶδος ἔχουσα παλίντονον, ἵσταται Ἶρις*
καὶ πλοκάμους ἐπέτασσε ῥόον σημάντορας ὄμβρων,
ὤμοις πλοχμὸν ἄδεσμον ἐπιστορέσασα καρήνου.

[2]) Quod in Friedlaenderi tabula Iridis cingulum totam imaginem dissecat, id neque cum picturis antiquis consentit neque, si rem ipsam spectas, fide dignum est.

qui illam Iridis vestem variis ornatam esse coloribus videtur indicare, a verbis *ῥοδόχροον ἄντυγα*[1]) *μίτρης* (II v. 176) discrepare apparet. Sed cum etiam Nonnus simillimis verbis (II v. 204) *χλωρὰ μελαινομένῳ ῥοδοειδέϊ λευκὰ κεράσσας* Iridis arcum describat, dubium non esse potest, quin hunc de coloribus versum ad Nonni exemplum composuerit Ioannes.[2]) Quae cum ita sint, nulla alia re nisi vocabulo *ῥοδόχροον* enuntiatur, quo fuerit colore Iridis pallium. Verba autem (II v. 172) *εἶδος ἔχουσα παλίντονον* ad huius vestimenti curvaturam (*ἄντυγα μίτρης*) spectare videntur. Quod vero *ἐς μέσον . . . ἵσταται Ἶρις* (II v. 172) scriptum legimus, aut Irim, utpote quam post Bronten Astrapenque poeta commemoret, inter illas depictam esse aut haec verba ex Homero hausta (Il. *Γ* 77; *Δ* 79; Od. *ϑ* 144) nihil de pictura docere nescio an statuendum sit. Sed cum infra (v. 178 sq.):

ἀπ' Ἠελίου δὲ βολάων
ἑλκομένην κύρτωσε καὶ ἐς ῥόον ἤγαγε πόντου

(sc. *τὴν μίτρην*) poeta dicat, Irim mediam inter Solis et Thalassae figuras adstantem pallium ab una ad alteram trahere cogitari potest. At poeta cum versibus sequentibus physicorum doctrinas more suo adlaturus et de arcus caelestis ortu et formis disputaturus his pergat verbis (II v. 180 sq.):

ἀλλὰ γονὴ κύκλοιο ῥοδώπιδος ἔνθεν ἐτύχθη
καὶ πέλεν ἐκ Φαέθοντος,

---

[1]) Cf. Nonn. D. I 348; XII 393 *ἄντυγα μαζοῦ*; XXXIII 63 *ἄντυγα κόσμου* VIII 84; XV 228; XXXVIII 397; XLI 200; Quint. Smyrn. I 147 *ἄντυγι μήνης*; Apollinar. met. psalm. 45, 17 *ἄντυγα γαίης*; 72, 17. Christod. 80; Gregor. Anthol. Pal. VIII 1 v. 3.

[2]) De Iridis coloribus cf. Xenophanem Diels Fragm. d. Vors. I³ p. 64 fr. 32 *ἥντ' Ἶριν καλέουσι, νέφος καὶ τοῦτο πέφυκε, πορφύρεον καὶ φοινίκεον καὶ χλωρὸν ἰδέσθαι*, Arist. Meteor. III 2 p. 372 a. 7 *τὸ δὲ φοινικοῦν καὶ πράσινον καὶ ἁλουργὸν οὐ γίγνεται κεραννύμενον· ἡ δὲ ἶρις ταῦτ' ἔχει τὰ χρώματα. τὸ δὲ μεταξὺ τοῦ φοινικοῦ καὶ πρασίνου φαίνεται πολλάκις ξανθόν* (cf. Diels Doxogr. p. 455, 5 sq.). Nonnus autem Iridis colores cum nativis confundit, cf. Friedl. p. 203, qui Empedoclis et Democriti testimonia affert (Diels Vorsokr. I³ p. 222, 18 et II³ p. 46, 9). Arcus caelestis variis coloribus expressus est iam in vasculo campano (Journ. of Hell. Stud. vol. XI 1890 tab. VI).

nihil aliud nisi arcum ex sole exortum usque ad mare extendi dicit. Itaque ex Ioannis versibus de Iridis in imagine positione nihil elici potest. Intellegimus igitur Iridis figuram in imagine Gazaea non deam illam, qualis ab Homero celebratur atque in artis operibus saepissime invenitur, sed ipsum arcum significare caelestem, quod temporibus, quae Byzantina saecula antecedunt, factum non esse Carolus Robert docet.[1]) Hac autem cum Iridis imagine comparari potest pictura quaedam, quae in Vergilii cod. Romano exstat.[2]) Conspicimus enim Irim veste indutam velamine supra caput sinuato velificantem. Quae figura optime cum Iride Gazaea congruit, nisi quod nimbo alisque ornata est.

De Anatolia. Anatolien candidis vestibus tectam et facem tenentem pictam fuisse Ioannes dicit.[3]) Atque quod Hyginus (fab. 183) Anatolien inter XII diei Horas enumerat,[4]) id in picturam Gazaeam cadere non potest, cum Horas illas poeta iam antea (I v. 314 sq.) commemoraverit. At in sarcophagis, quibus Phaethontis et Promethei effinguntur fabulae, Anatolie ut orientis dea expressa est.[5]) Idem autem pictori Gazaeo placuisse Ioannes docet, qui eam puri ignis nutricem[6]) vocat, atque eam Solem longinque lucentem indicare[7]) et in Aurorae cursum properare dicit.[8]) Id tamen pictoris Gazaei proprium est, quod Anatoliae tribuit facem,[9]) quae in sarcophagis deest.

---

[1]) Hermeneutik p. 53, sed cf. quae de Iride (fig. 14) in vasculo Parisino expressa Robertus exponit p. 13.

[2]) Cod. Vat. 3867 fol. 74, cf Picturae ornam. etc. cod. Vat. 3867 phot. expr. consil. et opera curat. Bibl. Vat. Romae 1902 Tab. 10.

[3]) II v. 241 sq. *καὶ πυρὸς ἀχρήτοιο τιθηνήτειρα θοροῦσα*
Ἀντολίη φωστῆρος ἑκηβολίην ἀναφαίνει
λαμπάδα κουφίζουσα, καὶ εἵματα φαιδρὰ βαλοῦσα
λευκοχίτων ἤϊξεν ἐπὶ δρόμον Ἠριγενείης.

[4]) Cf. Robert Gött. gel. Anz. 1899 p. 546.

[5]) Robert Sark. Rel III 3 p. 410; Tab. CIX n. 337 p. 419; Tab. CX CXI n. 338. 340; Tab. CXIII n. 343 p. 426; n. 344 p. 427; Tab. CXVIII n. 357 p. 449 (= Robert Hermeneutik p 49 fig. 34); cf. Hermeneutik p. 51.

[6]) v. 241 *πυρὸς ἀχρήτοιο τιθηνήτειρα.* Similiter Nonnus Horam vocaverat autumnalem XII 29: *ἐσσομένης δὲ τιθηνήτειραν ὀπώρης,* cf Pind. Pyth. I v. 20 sq. Schroeder. *νιφόεσσ' Αἴτνα, πανέτης χιόνος ὀξείας τιθήνα.*

[7]) II v. 242 *φωστῆρος ἑκηβολίην ἀναφαίνει.*

[8]) II v. 244 *ἤϊξεν ἐπὶ δρόμον Ἠριγενείης.*

[9]) II v. 243 *λαμπάδα κουφίζουσα.*

Ante Anatolien Orthrum Ioannes commemorat, quem flagellum tenere dicit.[1]) Quod poeta, cum dormientes e somno excitare illum exponit, haud scio an recte interpretari primo obtutu videatur. Sed dubitationem adfert, quod apud Nonnum legimus: (XXXI, 138) Ὄρθρος ἀκοντίζει με. Itaque haec omnia ex Nonno deprompta esse neque omnino flagellum Orthro a pictore tributum fuisse conicere licet. Atque quamquam de figura eius nihil poeta indicat, tamen dubitari non potest, quin puer fuerit, qualem in pictura psalterii Parisini a Friedlaendero comparata conspicimus.[2]) Ibi tamen facem tenet et festinanter adcurrit. Ceterum Orthrum ut deum iam Meleager Gadarenus[3]) adloquitur, apud quem fere idem videtur esse ac Lucifer. Contra in pictura Gazaea Lucifer ab Orthro distinguebatur, etsi hunc, ut par est, prope illum expressum fuisse verba, quae de Lucifero legimus (II v. 206): De Orthro. De Lucifero.

ἐγγὺς ἔχων βαθὺν Ὄρθρον,

demonstrant. Ceterum Lucifer manu facem tenebat, quam eum Soli porrigere recte suspicatur poeta.[4]) Caput autem eius stella insigne, membra pallio erant tecta.[5]) Atque in sarcophagis[6]) Luciferi figuram saepius inveniri nemo est, quin sciat.

Quibus cum Solis satellitibus familiaritate quadam coniunctus est Phoenix,[7]) quem Solis esse avem et alii[8]) et De Phoenice.

---

[1]) II v. 239 sq. ἀλλὰ θοῇ μάστιγι φιλήμερος Ὄρθρος ἀνέστη, ἐννύχιον γλυκὺν ὕπνον ἀκοντίζων ἀπὸ λέκτρων.

[2]) Cod. Par. Gr. 139 fol. 435; Friedl. fig. 6 cf. p. 206; Omont Facsim. des min. tab. 13; praeterea cf. Strzygowski Physiologus. Byz. Archiv Heft 2 tab. I p. 72.

[3]) Anth. P. V 172: Ὄρθρε, τί μοι, δυσέραστε, ταχὺς περὶ κοῖτον ἐπέστης; 173: Ὄρθρε, τί νῦν, δυσέραστε, βραδὺς περὶ κόσμον ἑλίσσῃ. cf. Kaibel Epigr. 232, 3. Hoefer in Roscheri Lex. III, 1218.

[4]) II v. 205 λαμπάδα λαμπομένην Ὑπερίονι χειρὶ κομίζων.

[5]) II v. 206 sq. ἀνεχλαίνωσε δὲ γυῖα ἀστέρα λευκὸν ὕπερθεν ἔχων λάμποντα καρήνῳ. De ἀνεχλαίνωσε cf Friedl. p. 204.

[6]) Robert Sark. Rel. III 1 Tab. XX n. 77; XXIV 83 a; praeterea cf. Ann. dell' Inst. 64 tab. S. T. Mon. dell' Inst. VI 29, 1 b.

[7]) II v. 208 sq.

[8]) Cf. Tuerckium in Rosch. Lex. III 2 p. 3450 sq., qui omnia de hac ave testimonia optime comportavit, nisi quod Byzantini scriptoris epitomen omisit ex Dionysio quodam haustam, qui fortasse in Alexandri

Ioannes[1]) praedicant. Mille autem annos eum vivere et sapientiae plenum esse his exponit verbis (II v. 208 sq.):

ἔστι δέ τις σοφὸς ὄρνις . . . Φοῖνιξ χιλιέτηρος,

quibus Nonni versum (Dion. XL, 395) *χιλιέτης σοφὸς ὄρνις* imitatus est. Tum dicit[2]) Phoenicem senium aegre ferentem ventre herbis expleto pinnis motis Solis disco obviam ea mente volitasse, ut flammam raperet. Sua igitur sponte eum se combussisse atque ex cineribus et recentem vitam et recentem iuventutem sibi comparavisse. Denique poeta Phoenicem cursus solaris symbolum esse exponit eumque cum temporibus, quae ex se ipsa recreantur, confert.[3]) Quam narrationem si cum ceteris, quae apud scriptores antiquos leguntur,[4]) comparaverimus, peculiarem eius vim in eo indicabimus niti, quod Phoenix ad moriendum neque nidum neque

---

Myndii opere nititur, Poet. bucol. et didact. Lehrs-Duebner p. 114 cap. XXXII; Cramer anecd. Gr. vol. I p. 33; cf. Wellmann Hermes 26 p. 507; Knaack ap. Pauly-Wissowa V 1 p. 925, cap. 96. Quae epitome ad quaestionem, quae est de Claudiani et Lactantii carminibus huc pertinentibus, solvendam alicuius momenti videtur esse. Namque imprimis cum Claudiani carmine mirum quantum et re et dispositione videtur consentire.

[1]) II v. 210 *Ἠελίου ταχὺς ὄρνις εὔπτερος.*

[2]) II v. 211 sq. *αὐτὰρ ὅ χαίρων*
γηραλέην βαρύγουνον ἀνῃώρησεν ἀνάγκην.
καὶ κόρον ἐξ ἐτέων δολιχοδρόμον ἡνιοχεύσας
γαστέρα πιαλέην εὐώδεσι θήκατο ποίαις,
ἄνθεος εὐόδμου βοτανηφάγος· ἀντολικοῦ δὲ
κινυμένων πτερύγων ἀντώπιος ἄνθορε δίσκου,
καὶ φλογὸς ἁρπάζειν δεδοκημένος ἔμπυρον ὁρμήν
ἐς μόρον αὐτὸς ἑκὼν αὐτάγρετον ἔδραμε Φοῖνιξ
τεφρώσας πυρὶ γυῖα, καὶ ἠδέϊ κέκλιτο πότμῳ.
καὶ νοερὸς πάλιν ὄρνις ἐδέξατο νόστιμον ἥβην
αὐτοφυὴς νεότητι μαραινομένης ἀπὸ τέφρης.
Ἠελίου τόδε σῆμα περίδρομον, ὅττι μογήσας
ἦν χρόνος αὐτογένεθλος ἀποιχομένων λυκαβάντων.
καὶ πολιὴν μετάμειψε νέος παλινάγρετος αἰών,
αὐτογόνῳ λοχίῃ μορφούμενος· ἀλλοφανὴς δὲ
τίκτεται ἐκ Φαέθοντος, ὁμόχρονος αἰὲν ὁδεύων.

[3]) Etiam haec verba de Nonni versu (XL, 397) *τίκτεται ἰσοτύποιο χρόνου παλινάγρετος εἰκών* admonent.

[4]) Cf. Tuerckium l. c.

bustum exstruit, sed Soli obviam volans concrematur. Qua de causa Ioannem avem quandam prope Solis discum pinnis expansis depictam conspexisse atque ideo hanc fabulam invenisse haud scio an primo aspectu putare liceat. Attamen quomodo fieri potuerit, ut eius modi res de Phoenice fingerent poetae, fabula quaedam, quam excerpsit Lucani commentator, rectius videtur indicare. Dicit enim ille:[1] „ex virgulis aromatum rogo constructo plausuque alarum[2]) voluntarium sibi gignit incendium“. Neque vero dubium esse potest, quin Ioannes eiusve fontis auctor vocabulis veluti „plausuque alarum“[3]) adductus Phoenicem contra Solem volitantem fecerit. Itaque hac quidem in fabula non solum nidus ipse, sed etiam ea verba, quibus Phoenicem herbas vel ligna ad nidum faciendum comportare dixerunt poetae,[4]) inepta atque absurda fuissent. Qua de causa Ioannes vel eius fontis auctor, ut illud crimen effugeret, herbis illis odoratis Phoenicem videtur fecisse vescentem. Itaque cave, ne ex versibus (II v. 214 sq.) *γαστέρα πιαλέην εὐώδεσι θήκατο ποίαις ἄνθεος εὐόδμου βοτανηφάγος* Phoenicem prope Tellurem,

[1]) Ad libr. VI v. 680, III p. 490 Weber.

[2]) Auctor, quem scholiasta excerpsit, hac sententiā non de ave volante cogitat, sed Phoenicem dicit ita uti pinnis, velut Epiphanius de unguibus explicat: ancor. c. 84 (Dindorf I p. 186) *καὶ ταρσοῖς ἰδίοις τὰ στήθη τὰ ἑαυτοῦ μαστίξας πολλὰ πῦρ ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ προφερόμενος κτλ.*, nisi etiam Epiphanius *ταρσοὺς πτερύγων* in mente habet (cf. Ioann. II v. 316 *ὑψιπόρων πτερύγων ἀνεκούφισε ταρσὰ συνάπτων*).

[3]) Hic „plausus“ alarum (cf. adn. 2) etiam apud Lactantium invenitur quamvis cum aliis sententiis conexus (de ave Ph. P. l. min. III Baehrens p. 255 v. 51 sq.): „postquam Phoebus equos in aperta effudit Olympi atque orbem totum protulit usque means, illa ter alarum repetito verbere plaudit igniferumque caput ter venerata silet.“) Deinde monendum est in cod. Guelf. (cf. Weber adn. 7) pro paraphraseos verbis „gignit incendium“ exstare „rapit incendium“, quae verba fortasse Ioannis versui II 217 *καὶ φλογὸς ἁρπάζειν δεδοκημένος ἔμπυρον ὁρμήν* lucem aliquam adferunt. Denique cum verbis (II 216) *ἀντώπιος ἄνθορε δίσκου* comparari possunt Lucani commenta Bernensia ad libr. VI v. 680 (p. 214 Usener): „hic enim (sc. Phoenix) dicitur contra radium solis se conburere, ut iterum renascatur“ et fortasse haec verba Michaelis Glycae (Migne Tom. 158 p. 108) *ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου ἵσταται, εἶτα τεφροῦται* (sc. *ὁ Φοῖνιξ*). Atque Glycas, quamquam ipse ex Epiphanio se haurire dicit, tamen haec verba ex alio quodam fonte videtur depromere.

[4]) Cf. Tuerckium l. c. p. 3458.

quam floribus herbisque circumdatam esse legimus (cf. infra p. 28), expressum fuisse concludas. Quae cum ita sint, neque de Phoenicis loco neque de eius figura vel coloribus quicquam poetam afferre intellegimus. Atque id eo magis mirum videtur esse, quod antiquis temporibus huius avis pennarum splendor valde celebratus et a poetis laudatus est.[1] Quibus de causis Phoenicem omnino non depictum fuisse fortasse aliquis suspicetur. Qua autem figura artifices Phoenicem finxerint, et multa artis monumenta et verba scriptorum docent.[2]

De Nocte. Nox Solem fugiens in terram ad caliginem vergens expressa erat, quod ex his elucet versibus (II v. 245 sq.):

> *Νὺξ δὲ μελαγκρήδεμνος ἀφεγγέα κῶνον ὀμίχλης*
> *εἶλκε καταπτώσσουσα, καὶ ἐς χθόνα νειόθι δύνει*
> *ἐς ζόφον, ἀχλυόεντας ἀνειρύσσασα χιτῶνας·*
> *καὶ φρενὶ δειδιόωσα, φυλασσομένη φάος ἠοῦς,*
> *τυπτομένη σπινθῆρι διώκεται κτλ.*

Atque quamquam sermonis colores, id quod Friedlaender recte observavit (p. 160 ad v. 248), Ioannes a Nonno deprompsit, qui (Dion. 40, 381) dicit *νὺξ μὲν ἀκοντιστῆρι διωκομένη σέο πυρσῷ* (sc. *τοῦ Ἡλίου*) *χάζεται ἀστήρικτος κτλ.*, tamen de re ipsa non est, quod dubitemus. Namque iam in pyxide Saburoffiana[3] Noctem, quae ibi curru vehitur, equos, dum Sol oritur, ad festinandum stimulantem videmus. Sed ut celerius currere posset, vestem nigram, qua induta est, eam levasse versus (II v. 247) *ἀχλυόεντας ἀνειρύσσασα χιτῶνας* docet, quod ad munus altera tantum manu ei opus est. Laevam eam esse paullo post poeta his declarat verbis (II v. 249 sq.) *ἄρτι δὲ λαιῆς πῆχυν ἐφαπλώσασα*. Dextram vero uno digito elato ad oculos admovet, quibus anxie Solis speculatur radios.[4] Quem gestum ita Ioannes

[1]) Herod. II 73; Plin. nat. hist. 10, 2; Lact. l. c. v. 125; Claudian. de Ph. carm. v. 17 sq. (Monum. German. auctor. antiquiss. tom. X. Carmin. minor. XXVII p. 312 [Birt]).

[2]) Krücke Der Nimbus und verw. Attribute p. 71 sq. Tuerck. l. c. p. 3464. 3466 sq.

[3]) Furtwaengler Sammlung Sab. I tab. 63.

[4]) II v. 250 sq. *καὶ ἐκ παλάμης πάλιν ἄλλης δάκτυλον ὀρθώσασα χυτὴν ἀκτῖνα δοκεύει.* (cf. Il. Σ 487 sq. *ἄρκτον . . . ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει*; vide etiam Od. ε 274.

interpretatus est, tamquamsi faciem Nox obumbrare vellet.[1] Sed fortasse manus elata nihil aliud nisi terrorem exprimit. Namque inde a quinto a. C. n. saeculo mulieres fugientes, quae una manu vestem levant, alteram in altum erigunt, saepissime inveniuntur cum iam apud Euphronium[2]) tum in iis monumentis ac vasculis, quae a Polygnoti arte pendere putant.[3]) Quod vero Nox *μελαγκρήδεμνος* (II v. 245) vocatur, hoc quidem merum epitheton ornans ex Nonno depromptum esse potest;[4]) sed non est, cur negemus eam re vera in pictura velamine tectam fuisse, ut in Iliadis codice Ambrosiano conspicitur.[5]) Certe nullo iure eam Friedlaender veste velificantem delineandam curavit, id quod eum ipsum postea videtur paenituisse (p. 209).

Iam ut nobis propositum erat, ad figuras inter se coniunctas transeamus. De Caelo supra egimus. De quo Ioannes cum dicit **De Sole.**

(I v. 49) *ἐκ κραδίης ἤμησε πυρώδεος ἄρσενα δίσκον,*

hunc Solis esse discum adiectivo *ἄρσενα* declarat, cui de Luna versus (I v. 206 sq.) *ἐν παλάμῃ δὲ θῆλυν δίσκον ἔχουσα καταντίον ἄρσενος αἴγλης* respondet. Sed quod poeta Caelum ex corde discum demessuisse narrat, id vix intellegi potest. Neque vero ii, quos Friedlaender comparat versus, lucem ullam adferunt. Nam quod Hesiodus Saturnum Urani membrum virile demessuisse dicit (Th. 181) aut Nonnus Aeacum Bacchi socium vel ipsum Bacchum in pugna hostium ferreas segetes demessuisse[6])

[1]) II v. 252 *ὄφρα φαεινομένης ἀντίσκιος ἔσσεται αἴγλης. ἀντίσκιος* vocabulum *ἅπαξ εἰρημένον* videtur esse atque dubitari potest, utrum ad ipsam Noctem referendum sit, quae luci opposita sit (cf. Aesch. Choeph. 320 [Wilamowitz] *σκότῳ φάος ἀντίμοιρον*), an ad digitum, qui umbellae instar umbram faciat, id quod magis adridet.

[2]) Furtw.-Reichhold tab. 92.

[3]) Cf. Mon. dell' Inst. XII tab. 15. 16; Arch. Jahrb. I tab. 10, 2 (= Robert 18 Hall. Winckelm. Prgr. p. 56, 57). Denique exempli causa commemoremus Navium figuras monumenti Nereidum, quod vocatur, et Niobae filiae statuam (musei Iacobseniani), de quibus egit Robertus (21. Hall. Winckelm. Prgr. p. 32 sq.).

[4]) Par. Ev. Io. *Z* 67; cf. Friedl. p. 208 ad v. 245.

[5]) Ann. dell' Inst. 1875 tab. R, 2: in coloribus haec pictura cum imagine Gazaea non consentit, cf. Th. Schreiber (ibid. p. 314): *la figura della Notte ha le ali di color verde, il mantello verdemare.*

[6]) Dion. 22, 361; 30, 6; 42, 203 (cf. Friedl. p. 169 ad vers. 49).

enarrat, haec nihil ad rem. Eo maioris momenti est, quod Hesiodi versus, qui de Saturno lapidem pro Iove devoratum evomente agit, codicum consensu ita traditus est: *πρῶτον δ' ἐξήμησε λίθον* (Th. 497), quae quomodo corrigenda sint, nunc non curamus. Sed in propatulo est Ioannem hanc lectionem invenisse atque *ἤμησε* recte ab *ἐμεῖν* derivasse. Itaque non demessuisse sed evomuisse Solem Caelus dicitur. Quod vero *ἐκ κραδίης* addit, hoc cum doctrina consentit Orphicorum, qui Iovem mundum ex corde suo protulisse arbitrabantur, velut in illo de mundo libro inter Aristotelica tradito sed primo p. C. n. saeculo scripto[1]) hic versus legitur:

ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο.[2])

Atque fieri potest, ut iam Orphicus quidam poeta pro *ἀνενέγκατο* ad Hesiodi exemplum scripserit:

ἐκ κραδίης ἤμησ' ἱερῆς.

Comparari autem potest, quod Aeon aliud tempus post aliud tempus evomere dicitur.[3]) Ioannes igitur Solem a Caelo procreari dicit. Sed ut intellegamus, cur poeta de versibus illis Orphicis recordatus hanc opinionem sibi vindicaverit, non possumus, quin discum infra Caeli figuram, quae nubibus dimidiata erat, ita depictum fuisse statuamus, ut discus ex ipso Caeli pectore vel corde progressus esse videretur. Versum autem

ἐκ κραδίης ἤμησε πυρώδεος ἄρσενα δίσκον

sequuntur versus (I v. 50 sq.):

ὀρθρινὴν ἐπὶ νύσσαν ἄγων Φαέθοντα, κομήτην
ζωογόνοις ἀκτῖσιν· ὅθεν περίφοιτος ἀλήτης
πυκνὰ πολυσπερέων δαΐδων ἀμάρυγμα τινάσσων
κῶνος ἀεροιπότητος ἐλαύνεται ὀξέϊ παλμῷ,
ἧχι φαεινομένων σελάων πολυαύγενος ὁρμὴ
εἰς δέκα τεμνομένη θωρήσσεται.

[1]) Capelle Die Schrift von der Welt, Jena 1907, p. 38, 54.
[2]) Aristot. De mundo cap. VII p. 401 B = Abel Orph. fragm. 46; praeterea fragm. 123, v. 33 sq.: *πάντα δ' ἀποκρύψας αὖτις φάος ἐς πολυγηθὲς μέλλει ἀπὸ κραδίης προφέρειν πάλι θέσκελα ῥέζων.* (cf. Lobeck Agl. I p. 523 sq. Hermann Orph. fr. VI p. 456 sq.).
[3]) I v. 143 *καὶ χρόνον εἰς χρόνον ἄλλον ἐρεύγεται ἄψοφος ἕρπων.*

Atque cum Solem, qui brevi ante, si Ioannem audimus, e pectore Caeli prodiit, in oriente stare manifestum sit, versu *ὀρθρινὴν ἐπὶ νύσσαν ἄγων Φαέθοντα* illam disci creationem explicari facile est intellectu. Sequentibus vero versibus Ioannes et Solem, quem cum turbine, quocum pueri ludere solent, comparat, multorum luminum splendorem quatientem a meta matutina (*ὅθεν*) proficisci dicit et eadem fere aliis verbis exprimens decem radiorum profectionem apud metam illam (*ἧχι*) parari exponit. Duobus igitur his enuntiatis, quippe quae ex vocabulo *νύσσαν* pendeant, poeta de auriga cogitat, qui in carceribus certamen praeparat atque ex illis emittitur. Quae cum ita sint, ne unum quidem horum versuum vocabulum ad picturae descriptionem pertinere luce clarius est. Deinde pergit poeta: sed medio in disco natura humana formavit pusionem, qui ab Anatolia procreatus mane exsilit atque in senem mutatus vesperi occidit,[1]) quae his condit versibus (I v. 55 sq.):

ἀλλ' ἐνὶ μέσσῳ
ἀνδρομέη μόρφωσε φύσις βρέφος.[2]) *Ἀντολίη γὰρ*
πρώϊος ὠδίνουσα πυριτρεφέων ἀπὸ κόλπων
ξανθοφαὲς μαίωσε φάος νέον· ἐκ δὲ λοχείης
ὄρθριος ἀντέλλων ἀναπάλλεται ὠκὺς ὁδίτης,
καὶ πάλιν ἡβήσαντα παλίμπορος ἠθὰς ἀνάγκη
ἐς δύσιν οἷα γέροντα μεταλλάξαντα κομίζει.

Versibus vero qui sequuntur puer amplius describitur (I v. 62 sq.)

αὐτὰρ ὁ παμφαίνων στεφανηφόρος ἐς μέσον ἔστη
γυμνὸς ἐπαΐξας, ὅλος εὔδιος, ὀρθὰ δὲ γυῖα·[3])
καὶ παλάμας ἥπλωσεν ἰσόρροπος, ὄττι δικαίοις
αὐτὸς ἐπαντέλλει καὶ οὐχ ὁσίοισι φαείνει.[4])

---

[1]) Solem cotidie denuo nasci etiam Sophocles docet: Trach. 94: *ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα τίκτει κατευνάζει τε φλογιζόμενον Ἅλιον Ἅλιον αἰτῶ*, cf. Friedlaenderum (p. 170 ad vers. 56), qui similes Aegyptiacas Persicasque adfert opiniones.

[2]) Hoc de pictore dici recte adnotat Friedlaender, p. 170 ad v. 56, nisi forte *ἀνδρόμεον* scribere mavis.

[3]) Sic interpungendum esse credo.

[4]) Hunc versum poetam Matthei versus illius (5, 45) *ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς κτλ.* recordatum composuisse recte Friedl. admonet p. 171.

Corona igitur ornatus, nitidus, serenus, procero corpore, manus extendit. Solem vero, qui puerili figura in rota sua depictus est, inter artis opera frustra quaeremus. Sed si hunc discum nimbi[1]) instar fuisse deliberaverimus, exemplum imaginis, ex qua pictura Gazaea pendere videtur, afferre possumus. Comparari enim potest, quod in S. Pauli ecclesiae pictura nunc deleta Lucis et Tenebrarum figurae simili nimbo, sed ovato[2]) circumdatae erant. Eiusmodi autem tabulam pictori Gazaeo ante oculos fuisse eo confidentius statuo, quod etiam Dei patris in pariete illo figura Caelo picturae Gazaeae valde similis est.[3]) Namque Deus, ut Lucem et Tenebras seiungat, bracchia eodem expandit modo, quem vocabulum *ἐφαπλώσας* indicare diximus (cf. supra p. 7).

De Sapientia et Virtute.

Fulcitur autem discus ille solaris a duabus feminis, quae ab utraque parte paullo infra sedentes manibus eum admiratae attingunt.[4]) Ambae vero in ipsius caeli circuitu sedent (I v. 70 *εἰς πόλον ἑδριόωσαι περίτροχον*), a dextra Sapientia (*Σοφίη*) nivea veste insignis, cuius in significatione explananda multus est Ioannes,[5])

[1]) Nimbus, quo tota includitur figura, quamvis saepissime in monumentis conspiciatur christianis, tamen in antiquis Graecae artis operibus perraro invenitur. Hoc nimbo ornatus est in vasculo rubr. fig. depicto iuvenis in quadriga adstans, quem Phaethontem esse Iovis fulmen docet iuxta expressum (Arch. Ztg. 1848 tab. XX). Videtur autem haec antiquissima eius fabulae imago esse. Etiam in vasculo Altamurensi et Sol et Aurora eiusdem formae nimbo cincti sunt (Annali dell' Inst. 1864 tab. S. T.). Neque vero falli mihi videor, si Solis figuram zodiaco tamquam nimbo circumdatam cum illis picturis comparo (cf. op. mus. Sentini invent. Arch. Ztg. 35 (1877) tab. 3). In vasculo Rubensi Lycurgum furientem exhibente conspicitur Lyssa dextra serpentes tenens, nimbo inclusa (Mon. d. I. V tab. 23, Ann. 1850 p. 339 [Brunn]).

[2]) Qui hodie „Mandorla" vocatur.

[3]) Wilpert Die röm. Mosaik. u. Mal. II p. 584, fig. 225, cf. p. 580 sq.; de ecclesiae historia cf. p. 548 sq. Hanc picturam in antiquitate pernobilem fuisse inde elucet, quod etiam in cod. quodam Smyrnaeo paucis rebus mutatis eadem invenitur pictura, Strzygowski Physiologos Byz. Archiv Heft 2 tab. XXXII, 1. Eandem picturam inesse codicibus Vat. gr. 746 (I fol. 20) et 747 (fol. 15) testatur Strzyg. ibid. p. 73.

[4]) I v. 66 sq. *διπλόον εἶδος ὅπωπα παρεζομένων ὑπὸ δίσκον, καὶ διδύμη Φαέθοντα νεόσσυτον ἡνιοχεύει ἀμφιλαφὴς ἑκάτερθεν ὁμοῦ τροχάουσα γαλήνη καὶ φλόγα χερσὶν ἄειρεν.*

[5]) I v. 70 sq.

a sinistra Virtus (Ἀρετή) colore fulvo, oculis fulgentibus[1]), vestimento rubro in glaucum desinente induta.[2]) Huic quoque colori profundum sensum subesse ratus verbo *φοινίσσειν*, quod a cute ad mentem transfertur, et verbo *πορφύρειν*, quod nonnunquam corporis animique affectus depingit, satis inficete Ioannes ludit.[3]) Unde profectus Virtutem, quam Hesiodus ipsam cum arduo monte contulit (Op. 290 sq.) et Simonides in alto monte habitare dixit (Frgm. 58 Bergk), montem aliquem summo cum labore ascendentem induxit. Cuius vertice ascenso in pratis ibi patentibus laedibunda saltat et lucis caelestis aspectu fruitur.[4]) Attamen cum pictura non modo non haec omnia sed ne ultima quidem verba quicquam habent commune, id quod Friedlaendero visum est (p. 173). Namque Virtus a poeta describitur polum caelestem, id est totum

[1]) I v. 82 sq. *ἡ δ' ἑτέρη μάρμαιρε πυριγλήνοισι προσώποις ἐσθλομανὴς Ἀρετὴ ξανθόχροος, ἠδέϊ μόχθῳ δίσκον λαιὸν ἔχουσα.*

[2]) I v. 84 sq. *καλυπτομένης δ' ἐνὶ πέπλῳ γλαυκὸν ἐρευθομένων ἀμαρύσσετο νῶτα χιτώνων, οἷα κάλυξ φοίνισσεν ἀεξομένου ῥοδεῶνος.* Friedlaender *ἐρευθομένων χιτώνων* genetivum absolutum esse ratus vix recte *νῶτα* ad ipsius Sapientiae tergum refert (p. 172). Nam verba *νῶτα χιτώνων*, cum in exemplum talium sententiarum ut *νῶτα θαλάσσης* composita sint, seiungi posse nego; cf. Hom. Il. B 159, Θ 511 passim; Musaeum 313, 336. Friedl. ipse adnotat (p. 172): *Nonnos gebraucht (im Versschluß) νῶτα βοείης, κολώνης, καλύπτρης, τραπέζης für „breite Fläche"*. Comparari possunt Bacchi sedentis vestimenti in pictura Pomp. colores (Hermann Denkm. d. Mal. Lief. I Farbendruck 1).

[3]) I v. 87 *καὶ χροιὴ πέπλον μαντεύεται ὅττι μενοινῇ* (*μενοινὴ* vix recte Hermannus, quem sequitur Friedlaender, nam non Studium, sed ipsa Virtus *χορεύει* v. 91; cf. adn. 4; p. 24, adn. 1) *μυρία μοχθήσασα μογοστόκος ἔμφρονι ῥιπῇ καὶ φρένα φοινίσσουσα πολυσπερέεσσι μερίμναις, ἤθεα πορφύρουσα τινάκτορι φοιτάδι μόχθῳ κτλ*: v. Nic. Alex. 254 *σκίλλης, ἥτ' ἔκπαγλα νέην φοινίξατο σάρκα*, passim; Oppian. Hal. II v. 127 *αὐτίκα οἱ κνῆστις μὲν ἐπὶ χροῒ θερμὸν ἔρευθος φοινίσσει.* Il. Φ 551 *πολλὰ δὲ οἱ κραδίη πόρφυρε μένοντι.*

[4]) I v. 91 sq. *εἰς ἀρετῆς λειμῶνας ἀνηβώωσα χορεύει, ἄκρον ἐπισφίγγουσα· συνερχομένη δὲ καρήνῳ ῥηϊδίως σκίρτησε γαληνιόωντι προσώπῳ μόχθον ὅλον ῥίψασα, καὶ εἰς πόλον ὄμμα βαλοῦσα οὐρανίου λαμπτῆρος ἀμέλγεται ὄμπνιον αἴγλην.* Concedendum est satis mire Virtutem in Virtutis (i. e. suis ipsius) pratis saltare dici, qua re sine dubio Hermannus adductus est, ut *μενοινή* pro *μενοινῇ* scriberet. At multo magis mirandum esset, si ea, quae ad Virtutis vestimenti colorem explicandum adferuntur, de *Μενοινή* dea dicta essent. Atque ipse Friedlaender, quamquam Hermanni coniecturam in textum recepit,

mundum splendentem[1]) admirans, picta autem erat Solis figuram admiratione plena intuens. Quod vero Solis nimbus veluti tabula

facere non potest, quin in paraphrasi Virtutem in locum *Μετουνῆς* tacite substituat. Namque enm versus 93/94 non iam ad *Μετουνήν* referre verba docent haec (p. 173 ad v. 93/94): *Hier fließt die Ausdeutung zuletzt wieder mit der Beschreibung zusammen.* Ceterum Ioannem fortasse Euripidis (Hipp. 72 sq.) celeberrimos de Verecundiae pratis versus in mente habuisse deliberatione haud indignum videtur esse. Sed fieri potest, ut vocabula *ἀρετῆς λειμῶνας* metaphorice adhibuerit poeta. Quod si iure suspicati sumus, illa verba nihil significant nisi summum virtutis gradum; cf. Liban. or. XII cap. 33 p. 376 (II p. 19, 28 Foerster) *ἐπὶ τὸν ἐκείνης* (sc. *φιλοσοφίας*) *παρακύψαντα λειμῶνα.* Ioann. Chrys. or. prior. in Paul. init. Migne Tom. 50 p. 473 *οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι λειμῶνα ἀρετῶν . . . καλέσας τὴν Παύλου ψυχήν.* Denique *ἄκρον ἐπισφίγγουσα,* quamvis obscure dictum esse negari non possit, tamen neque ad manus neque ad pedum digitos, tamquamsi virtus saltans prata pedibus premat, sed ad montis verticem referendum esse apparere puto, cf. Hes. Op. v. 291 *ἐπὴν ἐς ἄκρον ἵκηται.* Quint. Sm. V. 50 sq. *ἐν δὲ καὶ αὐτὴ* (sc. *ἡ Ἀρετὴ*) *εἱστήκει φοίνικος ἐπεμβεβαυῖα κατ' ἄκρης* (v. adn. sequ.). Atque fortasse *ἄκρον ἐπισφίγγειν* i. e. „verticem constringere" nihil aliud significat nisi verticem circulis magis magisque contractis circumire, donec ad summum ventum est, id quod verba sequentia *συνεχομένη δὲ καρήνῳ* (l 92) videntur exprimere. Aliter Friedlaender, qui explicat (p. 173): *Sie umfaßt die Spitze.*

[1]) Cf. Quint. Sm. V. 49 *αἰπύτατον δ' ἐτέτυκτο θεοκμήτῳ ἐπὶ ἔργῳ καὶ τρηχὺ ζαθέης Ἀρετῆς ὄρος· ἐν δὲ καὶ αὐτὴ εἱστήκει φοίνικος ἐπεμβεβαυῖα κατ' ἄκρης ὑψηλή, ψαύουσα πρὸς οὐρανὸν κτλ.* His Quinti de Virtute versibus fortasse non solum explicatur, cur Ioannes de vestimento, tamquamsi nullo alio colore nisi rubro id tinctum sit, mentionem faciat, sed etiam v. 94 sq. *καὶ εἰς πόλον ὄμμα βαλοῦσα οὐρανίου λαμπτῆρος ἀμέλγεται ὄμπνιον αἴγλην* ad picturam non spectare confirmatur. Quintus igitur et Virtutem, cuius figura in Virtutis monte adstat, in huius montis verticem ascendisse enarrat, et in eo cum Ioanne consentit, quod colorem commemorat rubrum, quo Virtutis mons depictus erat. Itaque fieri potest, ut hic color peculiare Virtutis insigne apud illius aetatis poetas fuerit. Denique cum apud Quintum Virtutem capitis vertice caelum attingere legamus, Ioannis versus, quibus Virtutem ad caelum oculos tollere enarratur, nobis in mentem veniunt. Itaque versus 94/95 ad picturam non pertinere persuasum habemus. Alii apud Quintum de palma ut victoriae signo cogitant, cuius verticem Virtus ascendit. Denique ad Ioannis verba *μυρία μοχθήσασα* (88) cf. Proclum ad Hes. Op. v. 288 p. 200, 2 Gaisford *πρᾶγμα διὰ μυρίων πόνων κτηθὲν* (sc. *ἡ ἀρετὴ*) et ad v. 91 *εἰς ἀρετῆς λειμῶνας ἀνηβώωσα χορεύει,* cf. Procl. ibid. p. 199, 31 *καὶ οἱ λαβόντες φιλοχωροῦσιν ἐν αὐτῇ.*

rotunda ex utraque parte a femina quadam tenetur, huius imaginis speciei multa et antiquae et christianae artis exempla afferri possunt. Nam saepissime in artis monumentis inveniuntur figurae, quae utrimque adstantes discum vel tabulam vel coronam sustinent.[1]) Intelleximus igitur pictorem illam disci imaginem ex certa pictura christiana sumptam cum typo quodam antiquiore a prioribus recepto ita coniunxisse, ut figurarum compositionem imprimis in arte Romana popularem redderet.

Discus autem solaris non solum a feminis illis, sed etiam ab Atlante fulcitur, qui curvatus, manibus elatis, capite inclinato, membris intentis onus sustinet,[2]) prorsus ut Atlas ille Farnesianus. Pudenda vero subligaculo sunt tecta.[3]) Sed quod dextro pede inflexo sinistrum tegit, dum digiti firmiter solo impressi sunt,[4]) id De Atlante.

---

[1]) Hoc modo composita est vasculi Ixionis supplicium repraesentantis imago, Ann. dell' Inst. 1873 tab. I. K, Furtwaengler Beschr. d. Berl. Vas. n. 3023, Hermann Denkmäler der Mal. Text. p. 49 fig. 12. Ex artificiis Romanis afferre possumus Terentii imaginem clipeatam a duobus histrionibus fultam (cod. Par. 7899 fol. VI; Robert Masken der neueren Komoedie 25. Hal. Winckelm. Prgr. p. 106, fig. 124; Wageningen Album Terentianum pict. 1), quae ad Attici editionem videtur redire (Leo Rh. Mus. XXXVIII 1883 p. 346, Robert l. c. p. 108), Iuliorum mausoleum (Ant. Denkm. I 15), tabulam quandam Iliacam, in qua Thetis et Vulcanus Achillis clipeum tenentes expressi erant (Jahn Bilderchroniken tab. II B; Robert ibid. p. 108 fig. 126), quae exempla collegit Robertus (ibid. p. 108). Praeterea cf. Robert Sark. Rel. III 1 tab. VI, VII 26; tab. XVIII 72 et Garrucci Storia dell' arte christ. V tab. 316, 4. 331, 3. 341, 4. 351, 4; VI tab. 457, 2, vide Strzygowski Das Etschmiadzin Evangeliar p. 34. De nimbo, qui velut tabula ab angelis portatur, cf. Wilpert Römische Mosaiken u. Malereien II p. 1194.

[2]) I v. 96 sq. *καὶ φλόγα κουφίζων κυρτούμενος ἵσταται Ἄτλας*
αὐξιβίους σπινθῆρας ἀερτάζων ἐπὶ κόρσῃ,
κρᾶτα παρακλίνων καὶ ἐς ἠέρα χεῖρας ἀείρων,
αὐχένα δοχμώσας, πεπονημένα γυῖα τιταίνων,
φόρτον ἐλαφρίζων πεφυλαγμένος.

[3]) I v. 100 sq. *ὡς δ' ἐπὶ μόχθῳ*
γυμνὸς ἐὼν ζωστῆρι καλύπτετο, καὶ σφυρὰ τείνων κτλ.
Notatu dignum videtur Ioannem scire heroas in laboribus, velut Theseum taurum subigentem, chlamyde se cingere.

[4]) I v. 101 sq. *καὶ σφυρὰ τείνων*
δεξιὸν ἴχνος ἔκαμψε μετάστροφον εἰς σκέλος ἄλλο,
μοχθίζων ἀτέλεστα· βαρυνομένου δὲ φορῆος

denuo poetae ad doctrinam de rerum natura suam venditandam ansam praebet. Atlantem enim mundi esse axem ac duos eius pedes polos, et septentrionalem conspicuum et meridionalem occultum, significare,[1]) quo absurdius vix quicquam cogitari potest.

ὀρθοπαγῆ ῥίζωσε νενευκότα δάκτυλα ταρσῶν,
ἄτροπος ὑψικέλευθον ὅλον δέμας αἰὲν ἀνέλκων.
ἄκρον πηγνυμένου διδυμάονος εὔποδι ῥιπῇ κτλ.

[1]) I v. 107 sq. *ὅττι πόλον σφαίρωσεν ἀτέρμονα μῦθος ἀνάσσων*
καὶ χθὼν μεσσατίη κουφίζετο νεύματι μύθου,
σφαίρης κέντρον ἐοῦσα μετάρσιον· ἐκ δὲ Βορῆος
ἄξων ἀστυφέλικτος, ἰσόρροπος, ὀρθὸς ὁδεύων,
ἀκροπαγὴς ἑκάτερθεν ἀερτάζων φύσιν ἔστη.
ἐς πόλον ἔνθα καὶ ἔνθα πεπαρμένος· ἰθυτενὴς δὲ
γαῖαν ἐπισφίγγων πεπονήσατο. καὶ πέλεν Ἄτλας
τλητὸν ἔχων καὶ ἄκαμπτον ἀεὶ σθένος ἔμπεδος ἄξων.
ἐν δὲ πόλῳ πυρόεντι, Νότου παρὰ γείτονι πέζῃ,
καὶ τροχαλὴν κρυόεσσαν ἐς ἄντυγα διψάδος ἄρκτου
ἄξονος ἄκρα πέπηγεν· ἀειφανέος δὲ Βορῆος
δεξιὸν ἀστερόεντα πόλον καλέουσι φανέντα
σφαίρης ὑψιπόροιο φαεινομένοις ἐνὶ κύκλοις,
καὶ φλογερὴν νοτίην χθαμαλὴν κλίσιν ἄμμορον ἄστρων
λαιήν, κρυπτὰ θέουσαν, ἐφημίξαντο γενέσθαι.

Ioannes, quod axem per totum mundum, cuius centrum terra obtineat, traiectum et polis infixum esse exponit, his in rebus, cum haec doctrina apud antiquos valde celebrata fuerit (cf. illum de mundo libellum c. 2, p. 391 B sq.), non certum philosophum secutus esse, sed tantum ea, quae homines illius aetatis eruditi de mundo cogitabant, reddere videtur fortasse recordatus horum Arati versuum:

22 sq. *ἄξων αἰὲν ἄρηρεν· ἔχει δ' ἀτάλαντον ἁπάντη*
μεσσηγὺς γαῖαν· περὶ δ' οὐρανὸς αὐτὸν ἀγινεῖ.
καί μιν περαίνουσι δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν·
ἀλλ' ὃ μὲν οὐκ ἐπίοπτος, ὃ δ' ἀντίος ἐκ βορέαο κτλ.

Quod vero ipse Atlas versu 113 sq. (*καὶ πέλεν Ἄτλας τλητὸν ἔχων καὶ ἄκαμπτον ἀεὶ σθένος ἔμπεδος ἄξων*) cum mundi axe comparatur, id saepius apud scriptores antiquos legitur; Schol. Eur. Hipp. v. 747 *τινὲς δὲ Ἄτλαντα εἰρήκασιν αὐτὸν τὸν ἄξονα τοῦ οὐρανοῦ*, cf. Eust. p. 1389, 59 *ἄλλοι δὲ Ἄτλαντα τὸν νοητὸν ἄξονα νοοῦσι διὰ μέσης τῆς γῆς ἐληλαμένον*, v. Maaß Comm. in Arat. p. 331, 7. Verbis autem *Ἄτλας* et *τλητόν* Ioannes illam significare videtur veterum doctrinam, qui Atlantis nomen ex voce *τάλας* derivabant, cf. Schol. Eur. Hipp. v. 747 *εἰρῆσθαι δὲ Ἄτλαντα οἱονεὶ πολύτλαν διὰ τὸ αὐτὸν πάντα βαστάζειν*, cf. Eust. p. 46, 7. 196, 39. 1390, 36.

A Sole ad Lunam transeamus, quam curru vehi hi versus docent (I v. 218 sq.): De Luna.

φιλαγρύπνοιο δὲ κούρης
ὠκυτέρῃ μάστιγι τινάσσεται ὁλκὸς ἀπήνης.

Currum autem non ab equis sed a bubus trahi iure statuere possumus, cum et eas in posterioris aetatis imaginibus saepius inveniamus et Nonnus dicat (VII v. 247):

ἡμιόνους οὐκ οἶδε βοῶν ἐλάτειρα Σελήνη.

Deinde veste eam velificare poeta dicit (I v. 223 sq.):

ὡς δὲ τανυομένης ἑλικώπιδος αἰθέρι Μήνης
φᾶρος ἔην ἐπίκυρτον ἐπὶ πλοκάμους, ἐπὶ κόρσην.

Omnibus his in rebus pictura Gazaea cum iis Lunae consentit imaginibus, quas in artificiis Romanis conspicere consuevimus.[1]) Proprium autem eius id est, quod Luna, quae una manu flagellum vibrat, altera discum veluti speculum gerit, quo solis radios excipit.[2]) Itaque a Sole sine matre in lucem editam eam esse dicit poeta neque dubitat Solem eius patrem nominare.[3]) Atque ut pictor hoc speculo placiti alicuius physici rationem habet,[4])

[1]) Robert Sark. Rel. III 1 tab. XVIII 72 b; tab. XX 77; tab. XXII 79; tab. XXIII 80; p. 101 fig. 80[1]b; III 3 tab. CXVIII 357 (= Robert Hermeneutik p. 52 fig. 38).

[2]) I v. 205 sq. ἀλλὰ φάος Φαέθοντος ἀπαυγάζουσα Σελήνη
ἀργυφέη λάμπουσα χαράσσεται· ἐν παλάμῃ δὲ
θῆλυν δίσκον ἔχουσα κατάντιον ἄρσενος αἴγλης
μαρμαρυγὴν ἥρπαξεν. Ad θῆλυν δίσκον cf. supra p. 19.

[3]) I v. 208 sq. ἀπ' αὐτογόνου δὲ λοχείης
πλησιφαὴς ἥβησεν ἐϋτροχάλοισι προσώποις.
καὶ Φαέθων μαίωσε . . .

v. 213 καὶ νυχίης ἔπλησεν ἀμήτορος ὄμμα Σελήνης.

v. 216 καὶ δρόμον ἰσοκέλευθον ὀπιπεύουσα τοκῆος.

Lunam Solis esse filiam iam Euripides docet (Phoen. 175) ὦ λιπαροζώνου θύγατερ Ἀλίου Σεληναία, quibus verbis Lunam ex sole lucem accipere enuntiari Wilamowitzius statuit (Platon I p. 69).

[4]) Cf. Friedlaenderum, qui p. 181 Achillem Comment. in Arat. p. 50 Maaß et Dielesii Dox. 357, 1 adfert, cf. Gregor. Nyssen. Migne tom. 46 p. 32 CD: λάμπει δὲ ἀπὸ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ὡς ἐπὶ τῶν κατόπτρων γίνεσθαι.

ita ea, quae Ioannes de luminis eiusque formae varietate profert (I v. 220 sq.), picta non fuisse vix est quod moneam.[1])

De Tellure. Ioannes ut priorem carminis partem versibus illis de cruce praemissis a Caelo, ita florum pulchritudinem admiratus[2]) alteram incipit a Tellure; quam inducit parturientem, supinam cubantem, tergo solum tangentem, utraque manu nisam, ab angelo quodam, qui obstetricis munere fungitur, adiutam, geminos pueros, quos *Καρπούς* poeta vocat, in lucem edentem.[3]) Sed haec imago

[1]) Verba velut *κατάντιον ἄρσενος αἴγλης* (207) et *λοξὰ παραΐσσουσα* (218) fortasse ad picturam pertinere primo obtutu putari potest, sed ad *κατάντιον ἄρσενος αἴγλης* et ad v. 217 *παρθένος ἀντιπρόσωπος* cf. Gregor. Nyssen. Migne Tom. 46, p. 32 C: *ἀντιπρόσωπος τῷ ἡλίῳ* et (ibid. 33 A) *ἀντιπρόσωπος θέσις* et Nonn. Dion. 6, 76. 79. Cf. etiam ad vers. 210 *εἰς διάμετρον ὁδεύων* Greg. ibid. 32 C *κατὰ τὸ διάμετρον*; ad vers. 215 *κυρτὰ μέτωπα . . . γείτονα γαίης* Gregor. ibid. p. 32 C *καὶ τὸν πρόσγειον κύκλον περιπολεῖν*; ad vers. 208 *μαρμαρυγὴν ἥρπαξε* Nonn 40, 376 sq. *Σελήνη σῆς λοχίης ἀκτῖνος ἀμέλγεται ἀντίτυπον πῦρ*; ad vers. 218 *λοξὰ παραΐσσουσα* Procli hypoth. astron. posit. cap. IV, 1 (p. 86, 20 Manitius): *πρῶτον τοίνυν ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς σελήνης λαβεῖν αὐτῆς τὸν λοξὸν κύκλον καὶ εὑρεῖν πόσον ἀφέστηκε τῷ πλάτει τοῦ διὰ μέσων*. Non praetermittendum est eodem modo atque Ioannem de Luna disputare Gregorium Nyss. (l. c. p. 32 C sq.), qui primum Lunam et a solis radiis lucem accipere et velocius quam solem currere exponit, tum de variis eius formis agit.

[2]) II v. 1 sq. *καὶ ῥόδα μαρμαίροντα φίλης ἀνέτειλεν ἀκάνθης*
εἰς χάριν ἁβροπέτηλον ἀνοιγομένοιο κορύμβου,
ἀζομένου λειμῶνος ἐπιχθονίου ῥοδεῶνος·
καὶ πολὺς ἑρπύζων χλοερὸς βλάστησε κομήτης
εἰαρινὴν γελόωσαν ἀπαγγέλλων Ἀφροδίτην·
καὶ κρίνα βαιὰ τέθηλε φαληριόωντα πετήλοις.

[3]) II v. 7 sq. *Γαῖα δὲ θηλύνασα φύσιν θρέπτειραν ἀμάλλης*
ἐκ λαγόνων γονόεσσαν ἀνηκόντιζε γενέθλην·
καὶ ῥαχίην καὶ νῶτον ἐπικλίνουσα χαμεύνῃ
διχθαδίῳ κλιντῆρι δέμας κούφιζε ἀγοστῷ
νηδὺν ἀνευρύνουσα βιοσσόον· ἐκ δὲ λοχείης
ἡδυτόκων ὤδινε συνωρίδα δίζυγα Καρπῶν,
ἄρσενα μαῖαν ἔχουσα τανύπτερον Ἀγγελιώτην,
ὃς μεθέπων παλάμῃσι λεχώϊα γούνατα Γαίης,
στηρίζων ἑκάτερθε κεχηνότα μηρὸν ἀλήτην,
ἁρμονίῃ σοφίης μαιώσατο μαιάδι τέχνῃ,
λύσας μυριόκεντρα μογοστόκα λύματα λιμοῦ,

nullo modo cum verbis sequentibus conciliari potest, quibus et Tellurem manu cornu copiae ab angue cinctum tenere tergumque cirris tectum contemplantibus advertere[1]) et e pueris unum matrem amplecti et osculari, alterum manum sinistram, ut imbris guttas excipiat,[2]) extendere exponitur. Aut hoc aut illud pictum fuit. Nam utrumque simul pictum fuisse nullo modo cogitari potest. Neque est dubium, qua ratione haec controversia transigenda sit. Non parturiens, sed tranquille humi strata Tellus depicta erat. Initio enim poeta non picturam, sed — quod praecipue in Oceani descriptione observabimus[3]) — ea, quae antea gesta sunt vel gesta esse ei videntur, enarrat. Nam num etiam pictor Tellurem paullo ante peperisse et Angelum obstetricis munere functum esse voluerit, nostro iure dubitare possumus. A tergo igitur Tellus conspiciebatur,[4]) ut eam cum in multis tum

---

Feminas parturientes corpus manibus fulcire ab aliis quoque auctoribus confirmatur: cf. Anon Ambros. ed. Studemund Anecd. var. I 224. 26 sq.; Schol. Apoll. Argon. I 1131.

[1]) II v. 18 sq. *ἡ δὲ φερεσταχύων πλοκάμων ἐπέτασσεν ἐθείρας*
ἐκταδίην ῥίψασα παρήορον αὐχένι χαίτην
νῶτον ἐπιθρώσκουσαν ὀπισθοπόροισι κελεύθοις,
καὶ γονίμῃ παλάμῃ κέρας ὄμπνιον ὑψόθι τείνει
ζωοτόκου Δήμητρος ἐπιπλήσασα γενέθλης·
καὶ στάχυες κομόωσι· μέλας δέ τις αὐχένα σύρων
μηκεδανὸς τριέλικτος ἕλιξ ὄφις ἐς κέρας ἧεν
σημαίνων, ὅτι Γαῖα φερέσταχυς οὐκ ἀπολήγει
ἀνθοκόμους τίκτουσα καὶ ὠδίνουσα κορύμβους. κτλ.

[2]) II v. 36 sq. *τῶν δ' μὲν ἀνθερεῶνι περίπλοκος ἡδέϊ δεσμῷ*
μητέρι χεῖρας ἕλιξε συνήορος αὐχένι Γαίης
τερπωλῇ φιλότητος· ἀειρομένου δὲ καρήνου
Καρπὸς ἀνηέξητο καὶ εἰς στόμα χεῖλος ἐρείσας
παιδοκόμῳ πήχυνε φιλήματι μητρὸς ὀπώρην.
ὃς δὲ πολυρραθάμιγγος ὀπιπεύων χύσιν ὄμβρου
βαιὴν χεῖρα τάνυσσε περίσσυτον ἠέρι πέμπων,
καὶ παλάμην ἐδίηνε χυτὸς ῥόος ἐκ νεφελάων
δίψιον ἐκ νιφετοῖο διάβροχον ἄνθος ἀέξων.

[3]) Cf. infra.

[4]) Quod Friedlaenderum, quocum ceteris de rebus consentio, fugit, qui versus (II 9—11) ad picturam pertinere videtur credere (cf. supra p. 28 adn. 3). Addendum est verba (v. 11) *νηδὺν ἀνευρύσουσα βιοσσόον*, quae cum Telluris dorsum depictum esset, ex imagine hausta esse non possunt, nihil aliud nisi ventrem fetu tumidum significare.

in iis sarcophagis, qui ad Proserpinae raptum[1]) spectant, scalptam invenimus. Ibi quoque Tellus cornu copiae spicis repletum gerit.[2]) Sed picturae Gazaeae proprium est huic cornu serpentem ter se circumvolvere, quem, ut ipse senectutem tamquam exuere soleat, ita Telluris perpetuam fertilitatem significare poeta putat.[3]) De pueris autem supra locuti sumus (cf. supra p. 29). Angelus vero, quamquam in illa tantum de Telluris partu narratione commemoratur, tamen et quod vocabulo *τανύπτερον* (II v. 13) designatur et quod paulo post angelus ille *γαιήοχος* ut *ἄγγελος ἄλλος* inducitur (II v. 45 sq.), in pictura sine dubio conspiciebatur. Neque vero aut de statu aut de loco eius ex poetae verbis quicquam elici potest.[4])

De angelo globum portante.

Sed multo difficilior de hoc altero angelo est quaestio, cui Ioannes Neptuni *ἐπίκλησιν* Homericam *γαιήοχος* tribuit. Nam primo quidem obtutu prorsus contraria de eo videntur tradi:

II v. 45 sq. *καὶ χθονίου γυάλοιο θεμείλια νέρθεν ἀείρων*
Ἄγγελος ἄλλος ἔην γαιήοχος ἐγγὺς ὁδεύων
γαίης κέντρον ἔχων ὑψούμενον ἠέρι μέσσῳ
συμφυέων ἀνέμων ταναῷ φυσήτορι ῥοίζῳ.

At quomodo fieri potest, ut angelus ille simul et terrestris thoracis fundamenta a solo tollat et terrae centrum sive teneat sive occupet? Et quomodo terrae centrum teneri aut occupari et simul ventis medio in aere librari potest? Nisi forte statuendum est *γαίης* genetivo explicativo, quem dicunt, posito terram

[1]) Robert Sark. Rel. III 3 tab. CXXV 390; CXXVIII 405. 406; CXXX 413. 415.

[2]) Robert Sark. Rel. III 3 tab. CXXV 390 (390'); cf. II v. 22 *ζωοτόκον Δήμητρος ἐπιπλήσασα γενέθλης*; cf. supra p. 29 adn. 1.

[3]) II v. 24 sq. *ὄφις ἐς κέρας ἦεν*
σημαίνων, ὅτι Γαῖα φερέσταχυς οὐκ ἀπολήγει
ἀνθοκόμους τίκτουσα καὶ ὠδίνουσα κορύμβους.
καὶ τροχαλοῖς μελέεσσι φορεύμενος ὁλκὸν ἑλίσσει
ψυχρὸς ὄφις νεότητι παλίμπορος αἰὲν ὁδεύων·
ἀλλὰ πάλιν βραδύγοντος ἐσύρετο νωθρὸς ὁδίτης
καὶ ψαφαρὸν μετέπειτα γέρων ἀπεσείσατο γῆρας.
Γαῖα δ' ἀμαλλοτόκεια συνήθεα καρπὸν ἀέξει
καὶ πολιὸν γεγαῶτα παρέθρισεν εἰς γένυν ἅρπης.

[4]) Etiam Friedlaender ita indicat p. 193.

universi centrum dici.[1]) Hanc autem opinionem veram esse Nonni docent versus, quos Ioannes sine dubio imitatus est (38, 313 sq.): *καὶ γαῖαν ὁμοίιον ἔδρακε κέντρῳ μεσσοπαγῆ.* Sed ea, quae de ventis addit Ioannes, non iam ad picturam sed ad explicationem physicam spectare manifestum est. Hanc autem de ventis terram portantibus doctrinam, quae a Graecorum placitis aliena est, ex Henochii libro Ioannes videtur hausisse. Dicit enim ille (cap. XVIII, 1 sq.): *εἶδον . . . τὸν θεμέλιον τῆς γῆς καὶ τὸν λίθον εἶδον τῆς γωνίας τῆς γῆς, εἶδον τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τὴν γῆν βαστάζοντας*[2]) *καὶ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ κτλ.* Sed non solum verba *γαίης κέντρον* sed etiam ea, quae poeta de ventis addit, cum versibus illis Nonnianis mirum in modum videntur convenire. Namque Nonnus dicit (38, 313 sq.):

καὶ γαῖαν ὁμοίιον ἔδρακε κέντρῳ
μεσσοπαγῆ, δολιχῇσιν ἀνυψωθεῖσαν ἐρίπναις,
πάντοθι πυργωθεῖσαν ὑπωροφίοισιν ἀήταις.

Atque quamquam primo obtutu, cum Nonnus terram quasi turritam ac longis exstructam esse dicat montibus, qui ventis sub-

---

[1]) Cf. his cum versibus I v. 108 sq. *καὶ χθὼν μεσσατίῃ κουφίζετο νεύματι μύθου, σφαίρης κέντρον ἐοῦσα μετάρσιον,* v. supra p. 26 adn. 1.

[2]) His verbis Henochium verba, quae apud Iob. 26, 7 leguntur, *κρεμάζων γῆν ἐπ᾽ οὐδενός* explicare voluisse arbitratur Dillmannus (Das Buch des H. übers. u. erkl. p. 117). Atque fieri potest, ut etiam pictor Gazaeus angeli terram portantis figura illorum verborum explicationem reddere voluerit. Nam illis temporibus homines doctos Christianos, quomodo terra fundata esset, permultum quaesivisse ex libro Cosmae Indicopleustae videtur apparere. Hic enim, qui contra eos saevit Christianos, qui (velut fere semper Ioannes) Graecorum doctrina res naturales explicabant, de his similibusque veteris et novi testamenti de terrae fundamento sententiis uberius disputat (Migne Tom. 88, p. 79 A sq.). Porro cum hunc Henochii librum illis temporibus valde celebratum esse inter omnes constet, cogitari potest Ioannem Henochi verba *τὸν θεμέλιον τῆς γῆς* imitatum *θεμείλια νέρθεν ἀείρων* scripsisse, sed simul Oppiani versus (Hal. V v. 680 *θεμείλια νέρθε φυλάσσων*) memorem fuisse. Ceterum *γῆν ὑπὸ τοῦ ὑποκειμένου ἀέρος ἀνέχεσθαι* vel *ἐποχεῖσθαι τῷ ἀέρι* iam Anaximenem, Anaxagoram, Democritum docuisse monendum est (Diels Vorsokr. I[3], p. 394, 15 [88]; p. 23,6 [18]).

terraneis elati sint,[1]) verba similia, sensum diversum esse fortasse credas, tamen fieri potest, ut Ioannes Nonni versus prave intellexerit iisque Henochii de ventis opinionem enuntiari putaverit. Atque id verum esse, si singula utriusque poetae verba inter se contulerimus, planissime apparebit:

Nonn.: *γαῖαν ὁμοίιον κέντρῳ μεσσοπαγῆ πυργωθεῖσαν ὑπωροφίοισιν ἀήταις*

Ioannes: *γαίης κέντρον ἠέρι μέσσῳ ὑψούμενον συμφυέων ἀνέμων φυσήτορι ῥοίζῳ*

Sed ne quicquam dubii relinquamus, Hesychium *πυργοῦται* vocabulo *ὑψοῦται* et Suidam[2]) *ὑπωρόφιος* verbis *οἱ ὑπὸ τὴν αὐτὴν οἰκίαν περιειλημμένοι συγγενεῖς* (unde Ioannis *συμφυέων*) explicare moneamus. Angelum igitur terram a solo sustulisse Ioannes dicit.[3]) Atque quamquam praeter Tellurem deam etiam terrae globum pictum fuisse novum est atque inauditum, tamen hac de re poetae fidem abrogare non licet. Angelum autem non ut in Friedlaenderi tabula bracchia supra caput extendisse, sed potius ante se porrexisse verba *νέρθεν ἀείρων . . . ἔην* videntur probare. Itaque comparari possunt imagines illae, in quibus et imperatores Romani[4]) et angeli[5]) globum manu tenentes expressi

[1]) Unde hanc doctrinam hauserit, nescio; nam quod Anaxagoras terrae motum *ἀέρος ὑποδύσει* fieri docuit, id vix huc pertinet (Diels Dox. p. 379, 18).

[2]) Eadem leguntur in Etym. Magn. p. 784, 49 Gaisford.

[3]) Quod terra ab angelo portatur, id quamvis traditum non esse videatur, Christianis tamen placitis, de quibus supra egimus, fortasse respondet, sed cf. quae p. 31, adn. 2 hac de re diximus. Atque comparari possunt angeli, qui soli, lunae, sideribus praesunt; cf. Cosm. Indic. Migne Tom. 88 p. 117 D *οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀγγέλων τὸν ἀέρα κινεῖν ἐπετρέποντο. οἱ δὲ τὸν ἥλιον, οἱ δὲ τὴν σελήνην, ἄλλοι τὰ ἄστρα κτλ.*. Huc spectat pictura cod. Vat. gr. 699 fol. 115 b (Arch. della Soc. Rom. di storia patria XXIX 483 fig. 12), quam Friedl. p. 202 affert. Conspicimus enim ibi angelos, qui solis discum movent.

[4]) Saepius super globum vel victoria vel Phoenix vel crucis signum conspicitur, Cohén Médailles Impér. Tom. VI tab. I n. 2; tab. III n. 81; tab. XIII n. 3; tab. I n. 129; tab. III n. 164.

[5]) Stuhlfauth Die Engel in der altchristl. Kunst (V) p. 179 sq., cf. imaginem eius libro adiectam = Garrucci Storia dell' arte Christiana VI tab. 457, 1.

sunt. Atque quod in pyxide Saburoffiana[1]) supra Solis caput, in cylice Berolinensi[2]) supra Lunae caput discus solaris aut lunaris depictus est, inde fortasse non sine probabilitate in pictura Gazaea angelum globum supra Telluris caput tenuisse concludamus. Collum vero huius angeli serpente est cinctum,[3]) ut in opere musivo Sentini invento ipsius Telluris collum monili eiusdem formae ornatum est (Arch. Ztg. 35 [1877] tab. 3). Sed Ioannes quod rursum interpretationi symbolicae indulgens hunc anguem axis firmiter collocati esse signum dicit, his verbis ipsum angelum axem significare mundanum videtur declarare. Sequentibus vero versibus — neque enim doctrinam physicam proferre omittit — axem *Ἀνάγκην* appellans totum mundum et a Natura esse aedificatum et a Necessitate (tam firmiter quam angeli collum ab angue) contineri exponit.[4])

Tum feminae duae describuntur, quarum officium est segetes aquis adlatis maturare.[5]) Itaque una *θοῇ ῥαθάμιγγι παλύνετο* De feminis prope Tellurem depictis.

---

[1]) Furtwängler Samml. Sab. tab. 63. Solis figura eodem modo ornata est Mon. dell' Inst. IX tab. 6.

[2]) Gerhard Trinksch. tab. VIII.

[3]) II v. 49 sq. cf. adn. 4.

[4]) II v. 49 sq. *αὐτὰρ ὄφις πτερόεντος ἐπ' αὐχένος ὅρμον ἑλίσσει*
αὐχένιον σπείρημα περίτροχον ἅμματι δήσας,
σύμβολον ἀρχαίης θεοτευχέος ἄξονος ἕδρης,
ὅττι Φύσις τέκτηνε καὶ ἀστυφέλικτος Ἀνάγκη
ἀμφιπαγὴς συνέδησεν ἀρηρότι νεύματι θεσμῶν
εἰς ἓν ὁμοῦ σφίγξασα μετάρσιον αὐχένα κόσμου.

Non est quod Graefeum et Friedlaenderum sequamur, qui vocabulum *ἀμφιπαγής* optime traditum in *ἀμφιπαγῆ* mutent. *Ἀνάγκη* enim nihil aliud nisi axem ipsum significat, quod vocabulis demonstratur *ἀστυφέλικτος* et *ἀμφιπαγής*, quibuscum comparanda sunt verba I v. 110 *ἄξων ἀστυφέλικτος* et I v. 111 *ἀκροπαγὴς ἑκάτερθεν.* Ad vocabulum *ἀνάγκη* cf. Hymn. orph. in Cael. IV v. 6 *ἐν στέρνοισιν ἔχων φύσεως ἄπλητον ἀνάγκην.* Vide etiam Abel Orph. fr. 36 (Damascius) = Diels Vorsokr. II³ p. 172, 13; O. Kern Orpheus p. 50.

[5]) II v. 58 sq. *αἳ δὲ τελεσσιγόνοισιν ἐπισπεύδουσιν ἀμάλλαις*
εἰς τόκον ὠκυγένεθλον ὀφειλομένων λυκαβάντων,
καὶ τραφεραῖς παλάμῃσιν ἐποπτεύουσι κομίζειν
ὑδρηλαῖς νιφάδεσσι θαλύσια, πάντροφον ὕδωρ.

Cum *τραφερός* non solum res nutritas, sed etiam active res nutrientes significet (Arat. 1027 *ἐκ νομοῦ ἐρχόμενα τραφεροῦ*), Friedlaender nullo iure vocabulum *παλάμῃσι* in *καλάμῃσι* videtur mutasse (p. 196 ad

χεῖρα βαλοῦσα (II v. 64). Nam *παλύνετο* medium esse, non passivum ipsa ratio docet, quamvis huius usus exempla adferre non possim. Sed cum verbis *χεῖρα βαλοῦσα* conferre possumus ea, quae de Chimone poeta dicit (II v. 124): *καὶ παλάμην ἐτίταινε φέρων χθονὶ νύμφιον ὕδωρ.* Itaque dubium non est quin guttulae ex manu feminae destillantes depictae fuerint.[1]) Altera vero[2]) fructibus ornata (*πολύκαρπος*) serpentem, qui Telluris cornu copiae circumplicat, manu tangit et elevat. Nam ut Tellurem ita hanc feminam cornu angue cinctum tenuisse, id quod Friedlaendero placuit, ex versu *καὶ χθόνιον κούφιζε ὄφιν, ζωστῆρα κεραίης* (II v. 63) vix concludi potest. Immo hic versus de certo serpente iam commemorato agere videtur. Atque ut illam feminam terrae solum guttis reficere intelleximus, ita hanc potione anguem Telluri sacrum recreare affirmaverim.[3]) Quod vero nomina his figuris non fuisse adscripta, sed poetam suo Marte eas pro Europa et Asia habuisse Friedlaender (p. 196) putat, hoc nullo modo concedere possum; nam inter quinquaginta figuras has solas nomine caruisse quis sibi persuadeat! Itaque ea, quae dicit Ioannes, accuratius inspiciamus (II v. 55 sq.):

καὶ χθονὸς εἶδον ἄρουραν ὀπιπεύουσαν ἐέρσην
εἶδος δισσὸν ἔχουσαν· ἐγὼ δ' ἐπιέλπομαι εἶναι
Εὐρώπην Ἀσίην τε μεριζομένας ἐνὶ γαίῃ.

Primum versum recte ita vertit Friedlaender (p. 196): „*Und den Erdboden sah ich, wie er nach dem Tau ausschaute*“ (agrum vers. 58/59). Curant enim hae mulieres, ut manibus alimentum praebentibus adportent segetibus aquam, scil. *θαλύσια* (i. e. id quod messem properat), quae guttis (Friedl. ibid. ad vers. 61) liquidis efficiuntur. Nam *πάντροφον ὕδωρ* cum vocabulo *θαλύσια* coniungendum est, *ὑδρηλαῖς νιφάδεσσι* autem cum verbo *κομίζειν.*

[1]) Cf. ea quae infra hac de re disputabitur p. 41 sq.

[2]) II v. 62 sq. *τῶν ἡ μὲν πολύκαρπος ἐπισταχύουσα χορεύει*
καὶ χθόνιον κούφιζεν ὄφιν, ζωστῆρα κεραίης.
Verbum *ἐπισταχύουσα* non tam picturam describere quam huius feminae naturam videtur indicare; cf. Apollon. I v. 972 *ἰσόν που κἀκείνῳ ἐπισταχύεσκον ἴουλοι.*

[3]) Cf. duas Horas in patera Aquileiensi caelatas, quae Triptolemi dracones alunt et mulcent, Mon. dell' Inst. III tab. IV = Vorl. Bl. Ser. I tab. VI. Vide etiam Vasculum Poniatowskyi, quod vocatur, Vorl. Bl. Ser. I ibid.

vidi rorem desiderantem), sed quod pergit *„und zwei Gestalten trug"*, adsentiri ei non possum. Nam verba *εἶδος δισσὸν ἔχουσαν* non cum vocabulo *ἄρουραν* sed cum *ἐέρσην* coniungenda esse in propatulo est. Itaque dubium non est, quin duplici figura *Ἔρσην* repraesentatam fuisse poeta dicat. Hersen autem, roris numen, Cecropis filiam, Cephisodotus Praxitelis filius in ara Iovis Salvatoris celeberrima rorem ex urceo effundentem expressit.[1]) Eandem in Augusti lorica Aurorae tergo insidentem idem videmus facientem.[2]) Hoc autem pictoris Gazaei proprium est hanc Hersen duplicavisse. Atque id ita explicare studet Ioannes, ut duas has Hersas terram ita inter se divisisse dicat,[3]) ut Europa illi, huic Asia contingeret. Quae cum ita sint, nemo dubitet, quin his figuris nomen ЄΡCΑΙ adscriptum fuerit.

Etiam alterum describit Ioannes feminarum par, quibus nomen *Εὐφορίαι* adscriptum erat.[4]) Quae deae quamquam alibi nusquam commemorantur, tamen fertilitatis numina eas fuisse et nomen[5]) docet et, quod ab Ioanne Cereris puellae hominibus propitiae vocantur.[6]) Atque fortasse recte Friedlaender adnotat (p. 205) apud Hyginum (fab. 183) inter Horas etiam Pherusam et Euporiam nominari, quamquam *Εὐπορίαν* Dianae quoque epitheton esse monendum est.[7]) Num autem id alicuius sit momenti, quod unius mulieris caput purpureo, alterius nigro tectum est velo,[8]) diiudicari non potest. Ioannes quidem nihil ad hanc rem explicandam adfert, dicit autem admiratione eas captas De Euphoriis.

[1]) Hauser, Österr. Jahresh. 1903 p. 79 sq.

[2]) Brunn-Bruckm. n. 225, Helbig Führer I[3] n. 5.

[3]) Ad (II v. 56 sq.) *μεριζομένας εἶναι* cf. (II v. 45 sq.) *ἀείρων ἔην.*

[4]) II v. 229 sq.: *ὁ δὲ θρασύβουλος ἐκεῖνος*
τολμηροῖς καλάμοισιν ἀταρβήτοισι χαράξας
Εὐφορίας ἐκάλεσσε βαλὼν σημήϊα μορφῆς.

[5]) Cf. Hesych.: *εὐφορία· εὐθηνία, καλὸς ἐνιαυτός.*

[6]) II v. 228 *πουλυφόρου Δήμητρος ἀπήμονες* (*ἀπήμονος* cod., emend. Graefe) *ἀνδράσι κοῦραι.*

[7]) Preller-Robert I p. 318, 7; 322, 5; Pauly-Wissowa II p. 1385 (Wernicke).

[8]) II v. 234 *κάρη μελανόχροα πέπλοις.*
II v. 237 *φάρεϊ φοινίξασα διαυγέα κύκλα προσώπου.*

solem intueri velut mulieres emendi cupidas.[1]) Una vero caput declinans manus genis admovet, altera digitos dextrae extendit.[2])

De Oceano. Oceanum, si ad verba (I v. 278 sq.) *ἀκροφανὴς θάμβησε* et *ἅλμης τεμνομένου ῥοθίοιο διασχίζων κενεῶνα* et (I v. 284) *αὐτοβαφὴς ὑψοῦτο* animum intenderimus, inferiore corporis parte undis operta ex aquis emergere fortasse concludamus. Attamen cum ex versu (I v. 287) *κεκλιμένος δὲ γέρων* iacentem, non emergentem eum pictum fuisse plane eluceat, poeta illis verbis momentum antecedens describere apparet, id quod etiam verba 281 *ταῦρον ὁμοῦ καὶ κῆτος ἔχων ἡγήτορας οἴμης* docent. Nam haec quoque animalia tranquille iuxta eum posita conspiciebantur. Oceanus igitur senio gravatus, crinibus amplis, quae ex cornuto capite ad dorsum defluunt, ornatus in litore accubat.[3]) Atque digito in ore impresso illum solis radios admiratione plenum contemplari Ioannes dicit his versibus (I v. 284 sq.):

ἀσμαράγῳ δὲ
χείλεϊ σιγαλέῳ τανυηκέα πῆχυν ἀείρων,
πήξας δάκτυλον ἄκρον ἐθέλγετο θαῦμα κεράσσας,

et (II v. 276 sq.) *καὶ πυρὸς ἡνιοχῆα μεταστείχοντα δοκεύων,*
Ἠέλιον σπινθῆρας ἀκοντίζοντα νοήσας
ἀκροφανὴς θάμβησε.

De dextra autem haec dici inde apparet, quod ad taurum acclinatus laeva iubam eius ita comprendebat, ut soli digiti extremi

---

[1]) II v. 227 sq. *καὶ δύο θάμβος ἔχουσι* (cf. I v. 69 *ἔχει δέ τι θάμβος ἑκάστη*) *φιλέμποροι οἷα γυναῖκες ... καὶ φρένα ποιμαίνουσιν*, cf. v. 235 *θαμβαλέῃ κραδίῃ νοερὸν φάος εἶδεν Ὀλύμπου.* Ad *φιλέμποροι* cf. Nonn. Dion. IX v. 88 *σοὶ πίσυνος πλεύσειε φιλέμπορος εἰν ἁλὶ ναύτης.*

[2]) II v. 233 sq. *ἡ μὲν χεῖρας ἔχουσα †παρίησι μάρτυρι πομπῇ λοξὰ παρακλίνασα κάρη.* Recte Friedlaender *παρηΐσι* videtur coniecisse (sive *ἔχουσα* corruptum est, sive pro composito positum, cf. Friedl. p. 116, 206, nisi forte *χεῖρ' ἐπέχουσα* scribendum est). *παρ' οὔασι* vel *παρ ὄμμασι* coniec. Graefe.

[3]) I v. 282 sq. *καὶ δροσερὴν στορέσας λασιότριχα κυκλάδα χαίτην*
ἀμφελελιζομένην ὑγρόχροος ὑψόθι νώτου
αὐτοβαφὴς ὑψοῦτο κερασφόρος.

conspicerentur.[1]) Gubernaculum vero umero applicatum videtur fuisse.[2]) Itaque Oceanus, cum taurum partim eum operuisse appareat, dubium non esse potest, quin dextrorsum iacens depictus fuerit (Friedl. p. 219 sq.). Taurus autem collo curvato e naribus geminos undarum fontes eiaculatur, cetus tauro minatus dentes horrendos ostendit (I v. 291 sq.). Cetum vero, quod taurum ab illo aspici poeta dicit,[3]) dextrorsus ante Oceanum et taurum depictum fuisse recte adfirmat Friedlaender (cf. eius delinationem), quocum his in figuris restituendis plane consentio. Ceterum monendum est in arte Romana cetum quidem Oceani, taurum autem Telluris proprium esse. Attamen in Domitii Ahenobarbi sive basi sive ara[4]) Nereides tauris in piscem desinentibus, quos tauros marinos nominare consuevimus, vehuntur. Oceano tamquam famulus Bythus, profundi daemon, adiunctus est. Huius figurae neque in libris neque in artificiis Romanis exstat vestigium,[5]) nisi quod in psalterio Parisino[6]) ex undis emergens Pharaonem in mare rubrum detrahit. Etiam in pictura Gazaea ventre tenus fluctibus tegebatur, manu autem elata Solem admirabatur, caput erat cornutum.[7]) Praeterea, ut Oceani custos caelestis, angelus quidam additus erat.[8]) Quem

De Bytho.

De Oceani angelo.

---

1) I v. 288 sq. *εἰσορόων ἀκτῖνας ἐπεστηρίζετο ταύρῳ,*
ὑγροπόρου λοφιῆς δεδραγμένος· ἄκρα δὲ χειρὸς
λαιῆς μοῦνον ἔδειξεν.

2) I v. 290 sq. *ἀτεκμάρτοιο δὲ ῥείθρου πηδάλιον κούφιζε παρήορον*

3) I v. 301 *γείτονος ἀσθμαίνοντος ὀπιπεῦον βοὸς εἶδος κτλ.*

4) Brunn-Bruckm. tab. 124; Furtw. Intermezzi p. 35 sq.

5) Sed cf. Orph. Arg. v. 709 sq. *βυθὸς δ' ὑποείκαθε νηΐ, ἡμετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ.*

6) Cod. Par. 139 fol. 419. Omont Fac-sim. des min. tab. 9; cf. tabulam eburneam a Thieleo commemoratam, Antike Himmelsbilder p. 126.

7) I v. 303 sq. *οὐδὲ Βυθὸς κερόεις ἀπανήνατο θάμβος ἀέξειν·*
ἀλλὰ μελαινομένης σταθερῆς ἁλὸς ἄκρα χαράξας,
κλυζομένην ἑκάτερθεν ἐν ὕδασι γαστέρα τείνων,
βυσσόθεν ἠέρθη δεδοκημένος εὐφαὲς ὄμμα
καὶ παλάμῃ θαύμαζε.

8) I v. 307 sq. *φύλαξ δέ τις Ὠκεανοῖο*
Ἀγγελικῆς στρατιῆς πτερόεις ἀνέτειλεν ἀβύσσου
υἱέος οὐρανίου τεκμήρια χειρὶ κομίζων . . .
I v. 311 *ἄρτι δὲ κυμαίνοντος ἔχων ῥόον Ὠκεανοῖο*
ὑψιφανής, στέφος ὑγρὸν ἀεὶ χθονὸς ἡνιοχεύων (cf. supra p. 4),
χεῖρα παρακρεμάσας, ἠσπάζετο φέγγος Ὀλύμπου
καὶ πτέρυγας συνάειρε μετάρσιος.

non eundem ac Bythum fuisse posse, id quod Friedlaender primum reputavit tum reiecit, et alia, quae ille adfert, argumenta et id maxime docet, quod angelus cornutus esse nequit (Friedl. p. 188). Hic igitur angelus una manu crucem tenebat,[1] altera demissa lucem Olympi salutabat.[2] Atque ex verbis (I v. 308) *ἀνέτειλεν ἀβύσσου* etiam angelum ex fluctibus emergere Friedlaender conclusit. Sed contradicunt verba (I v. 312) *ὑψιφανής* et (I v. 314) *καὶ πτέρυγας συνάειρε μετάρσιος*, unde angelum aere libratum fuisse elucet. Itaque verba *ἀνέτειλεν ἀβύσσου* non describunt, sed ea quae antea facta sunt enarrant, id quod aoristus ipse videtur indicare. Comparari autem potest, quod poeta et de Oceano quamvis litori accubante dicit (I v. 278 sq.) *ἅλμης τεμνομένου ῥοθίοιο διασχίζων κενεῶνα* (v. supra p. 36) et in figura Thalassae describenda, quae velut Oceanus *κεκλιμένη* (II v. 76) depicta erat (v. infra p. 39), eodem vocabulo *ἀνέτειλε* (II v. 69) usus est. Tota igitur figura hic angelus super Oceani undas pictus erat. Quin etiam dubitare possumus, num hunc angelum ex oceano venisse recte statuerit Ioannes; neque enim maris profundum, sed caelum angelorum domicilium est. Itaque eum ex alto demissum esse suspicamur; atque id quidem cum Christianis opinionibus consentire in propatulo est.[3])

De Thalassa. Thalassa litori accubans[4]), cornibus ornata, candido colore[5]) depicta, sinistro bracchio gubernaculum tollens, digitum huius manus ori imprimens, dextra extensa Solem intuetur.[6]) Sed quod poeta dicit (II v. 68 sq.):

---

[1]) Cf. p. 37 adn. 8 I v. 309 sq.:

υἱέος οὐρανίου τεκμήρια χειρὶ κομίζων,
ἀρρήτου σοφίης νοερὸν ξύλον ἔμφρονος ὄζον.

[2]) I v. 313 *χεῖρα παρακρεμάσας, ἠσπάζετο φέγγος Ὀλύμπου. χεῖρα παρακρεμάσας* ex Iliade *N* 597 sumpta esse recte observavit Friedl. p. 148 ad I v. 313.

[3]) Cf. Gregor. Naz. *περὶ νοερῶν οὐσιῶν* v. 24 Migne Tom. 37 p. 440 *ἄλλην ἄλλος ἔχοντες ἐπιστασίην παρ' ἄνακτος* (sc. *οἱ ἄγγελοι*); cf. supra p. 4.

[4]) II v. 76 *κεκλιμένη* cf. supra p. 38.

[5]) II v. 70 *λευκοφανὴς κερόεσσα.*

[6]) II v. 74 sq. *περισφίγγουσα δὲ λαιῇ*
μειλιχίης οἴηκα κυβερνητῆρα γαλήνης

ἡ δὲ φαληριόωσαν ἐρετμώσασα γαλήνην,
χιονέης ἀνέτειλεν ἀπ' ἀγλαΐης Ἀφροδίτη
λευκοφανὴς κερόεσσα· καὶ ἰχθυγόνων ἀπὸ κόλπων
νώροπα πόντον ἔθηκε, χάριν στάζουσα ῥεέθροις,
καὶ ξανθὸν τριέλικτον ἀκύμονα βότρυν ἐθείρης
νηχόμενον προέηκεν ἁλικλύστων ὑπὲρ ὤμων
ὑγρὸν ἐφαπλώσασα κτλ,

his ex versibus nihil aliud eruere possumus nisi Thalassam cornutam ac candido colore depictam fuisse. Namque si ea, quae de Oceani angelo et de Oceano ipso exposuimus, in memoriam tibi vocaveris (cf. supra p. 36. 38), non dubitabis, quin et cetera enuntiata et *ἀνέτειλεν* ac *βότρυν νηχόμενον προέηκεν* ad picturam non pertineant, sed momentum antecedens describant. Proxime autem Thalassam angelus depictus erat.[1]) Atque verba *νηκτὸν ὁδίτην,* quibus ille ornatur, non ad imaginem spectare, sed quid poeta de huius angeli natura senserit, explicare ex iis, quae de Oceani angelo exposuimus (cf. supra p. 38), apparet, neque dubium est, quin eodem modo hic Thalassae angelus tamquam volitans depictus fuerit. Post Thalassae vero tergum maris aequor piscibus repletum extendebatur.[2]) Glaucus enim ore hiante dentibusque instructo linguam rubram in mare eicit (v. 80 sq.), alius vero piscis, cuius nomen poeta non enuntiat, illi adversus caput ad litus erigit (v. 85 sq.). Deinde sepiam (v. 86 sq.), squillam (v. 94 sq.) prope litus natantem, labracem (v. 98 sq.) candidis genis ornatum, salpingem (v. 100 sq.) enumerat poeta neque doctrina, quam de his sibi comparavit rebus, gloriari omittit. Enarrat enim, quomodo sepia piscatores fugiat, squilla capite undas secet, salpinx aquas devoratas in sublime eiaculetur. Atque Ioannem — quamvis litteris deditum „doctis, Iuppiter, et laboriosis“

De Thalassae angelo.

De piscibus

δάκτυλον ὀρθὸν ἔθηκεν ἐπὶ στόμα· κεκλιμένη δὲ
δεξιτερὴν ἐπέτασσε καὶ ἐς Φαέθοντα δοκεύει κτλ.

Cf. ad hunc admirationis gestum Solem manum extendentem in sarc. Robert Sark. Rel. III 3, tab. CXVI. CXVII n. 355 p. 443, n. 356 p. 446; tab. CXVIII n. 357 p. 449; vide etiam Thiele Antike Himmelsbilder p. 126.

1) II v. 78 *Ἄγγελον ἐγγὺς ἔχουσα φυλάκτορα, νηκτὸν ὁδίτην.*

2) II v. 79 sq. *ἐν δὲ ῥόῳ βρυόεντι περισκαίρουσιν ὀπίσσω*
ἰχθύες, ὑγρὰ γένεθλα κτλ.

— gulae tamen irritamenta aspernatum non esse verba *λάβραξ ἠέ τις ἄλλος ἐὼν γλυκὺς* (v. 100) videntur docere.

De Chimone. Ex Thalassae autem aequore emergit Chimon, qui alatus[1]) umeris hydriam portat.[2]) Pedem autem alterum in undas demittit, alterum protendit, quem amplexi sunt duo pueri, quos Imbres (*Ὄμβροι*) appellat poeta.[3]) Quorum a corporibus guttulas destillantes re vera colore redditas fuisse vocabula (II v. 118) *ποιητῇ ῥαθάμιγγι* docent.[4]) Cuius rei exemplum praebet pictura codicis Vindobonensis Genesin continentis.[5]) Duo vero alii Imbres ex Chimonis alis, quibus teguntur, capitibus prospectant.[6]) Chimona autem manum porrigere, ut terram aquis reficiat, docet versus (II v. 124):

καὶ παλάμην ἐτίταινε φέρων χθονὶ νύμφιον ὕδωρ.

Sed quod nubem a Chimone impleri atque fractam aquas in terras demittere poeta dicit,[7]) quamquam fieri potest, ut figura Chimonis quippe qui (versu 110) cum nube comparetur,[8]) nubibus circumdata fuerit, tamen hoc versimile non est, quod ille more suo physicorum doctrinas profert. Sed cum Chimone descripto confestim dicat (II v. 133 sq.):

De Chimonis angelo.

---

[1]) II v. 119 *ἱπταμένων πτερύγων ῥοῖζημα τινάσσων.*

[2]) II v. 110 *ἔχων ῥέον ὑψόθεν ὦμον* et v. 121 *ὤμοις . . . κάλπιν ἀείρων.*

[3]) II v. 111 sq. *ἐν δὲ ῥεέθροις*
ἓν σκέλος εἰσέτι πάλλε βεβαμμένον· ἄλλο δὲ τείνων
ὀμβροτόκον κούφιζε μετάρσιον, ἧχι φανέντες
Ὄμβροι παῖδες ἔασι, περίπλοκον ἅμμα βαλόντες,
ὑγρὸν δεσμὸν ἔχοντες ἐπίῤῥυτον.

[4]) II v. 115 sq. *ων ἀπὸ γυίων*
ψευδαλέος πολὺς ὄμβρος ἐπωλίσθησεν ἀρούραις
ἄβροχος αὐαλέῃσι πολυσπερέεσσιν ἐέρσαις
ποιητῇ ῥαθάμιγγι πολυχρονίου νιφετοῖο.

[5]) Wickhoff Wiener Genesis tab. III (fol. II, 3).

[6]) II v. 130 sq. *τικτομένων δὲ*
Ὄμβρων δισσὰ κάρηνα παρὰ πτερὸν ὑψόθεν ἔγνων
ὀρνυμένου Χειμῶνος, ὑπερκύπτοντα λοχείης.

[7]) II v. 126 *καὶ νεφέλης ἔπλησε μελανστέρνοιο καλύπτρην.*
ἣ δὲ ῥόῳ σφριγόωντι διαρρήξασα χιτῶνας,
γαστέρα κοιλαίνουσα βαρυνομένην προχοῇσιν,
ἡδυβόλου νιφετοῖο ῥοὰς κελάρυζε χανοῦσα.

[8]) II v. 110 *οἷα νέφος πρὸς Ὄλυμπον.*

καὶ πτερόεις ὀχετηγὸς ἀνέβλυσεν Ἀγγελιώτης
κρουνηδὸν κατὰ μέτρον ἐπήτριμα χεύματα πέμπων,
ὄφρα μὴ ὀμβρήσαντος ἀπείρονας ἠέρος ὁλκοὺς
πίδακες ἀστυφέλικτον ἐπικλίνωσιν ὀχῆα,

iuxta illius figuram angelum,[1]) qui simili modo atque ille vel umeris vel manibus hydriam videtur tulisse, depictum fuisse apparet. Huius igitur officium erat imbrium impetui moderari, quod in pariete significatum fuisse vix credi potest.[2]) Recte autem Friedlaender comparat (p. 200) et columnae Marci Iovem pluvium, quem vocant,[3]) et ventorum urnas portantium figuras alatas, quae Athenis turrem ventorum exornant.[4]) Sed maioris momenti ad hanc Chimonis figuram illustrandam videtur esse anaglyphum sarcophagi[5]) cuiusdam hodie deperditum, sed imagine codicis Coburgensis conservatum. Namque hoc in sarcophago adulescentis conspicimus figuram alis expansis e sublimi ad Tellurem, quae humi accubat, advolantem. Iam quod ex bracchio eius sinistro ad Tellurem porrecto defluere videtur aqua, qua senex quidam, cuius corporis superior pars iuxta Tellurem depicta est, circumdatur, id nobis in memoriam vocat Ioannis illos de Chimone versus (II v. 124 sq.):

καὶ παλάμην ἐτίταινε φέρων χθονὶ νύμφιον ὕδωρ
πυκνὸν ἀκοντίζων αὐτόσσυτον ὄμβρον ἐρώτων.[6])

---

[1]) Friedlaender — nescio quomodo — hunc angelum neglexit.

[2]) Comparari possunt ea quae de imbre exponit Henochius, cap. 60, 21 sq. (Das Buch H., im Auftr. der Kirchenvätercomm. etc., ed. Flemming u. Radermacher, p. 79) *„Und wenn der Geist des Regens sich aus seiner Kammer herausbewegt, da kommen die Engel, tun die Kammer auf und führen ihn heraus . . . Denn die Wasser sind für die Erdbewohner da, denn sie sind die Nahrung der Erde vom Höchsten, der im Himmel ist. Darum hat der Regen ein Mass und die Engel nehmen ihn in Empfang."* Cf. Dillmann Das Buch H. übers. u. erkl. p. 190, Stuhlfauth Engel in der altchristl. Kunst p. 22.

[3]) Brunn-Bruckmann tab. 498. Etiam in sarcophagis, qui Proserpinae raptum repraesentant, similis figura conspicitur, Robert Sark. Rel. III 3 tab. CXXVIII n. 405 p. 485, cf. p. 486 fig. 405[1].

[4]) Friedl. fig. 5. Brunn-Bruckmann tab. 30.

[5]) Robert Hermeneut. p. 385 sq. fig. 288 = Sark. Rel. III 3, 440.

[6]) Etiam aliam, qua Telluris nuptiae expressae sunt, fortasse iure adferamus imaginem, illam dico picturam Pompeianam, quae ex Zephyri

Itaque aquam ex Chimonis manu defluentem depictam fuisse verisimile est.

De Tempestatibus. Sed cum Chimone natura arcte coniuncta est Astrapae Brontaeque imago. Eius autem descriptio in duas est divisa partes (II v. 137—159 et 160—169), quarum una exponitur, quomodo tempestates exoriantur, altera figurae describuntur. Quibus in rebus me cum Friedlaendero consentire profiteor, praeterquam quod versum 137—139[1]) ad imaginem spectare nego. Bronten igitur, quam ore hiante in imagine redditam esse versus (II v. 162) *δοῦπον ἐρευγομένη καναχηδέος ἀνθερεῶνος* videtur docere, muliebri esse figura verisimile est, manus autem eius ab angelo quodam post tergum revinciuntur.[2]) Etiam Sterope, quam rubris vestimentis amictam esse verba (II v. 166) *φοινίσσετο πᾶσα* indicant, ab angelo simili modo ac Bronte revincta videtur esse.[3]) Hanc vero totam imaginem nubibus circumdatam esse ex versu (II v. 165)

ὀρνυμένην νεφέεσσι ἐλαυνομένοισι φυλάσσων

Chloridisque fabula nomen traxit (Robert Hermeneut. p. 380 sq. fig. 285). Neque enim quisquam dubitet, quin adulescentem ibi depictum naturae numen aliquod significare ac cum Tellure matrimonio se iuncturum esse, quod etiam ex Veneris imagine quasi pronubae muneribus fungentis elucet, iure explanaverit Carolus Robert (p. 385). Simili autem modo Ioannem Chimonis imaginem interpretatum esse verba docent *καὶ χθὼν τερπομένη νυμφεύετο* (II v. 130).

[1]) *καὶ βροντῆς πρηστῆρες ἐμυκήσαντο θορόντες, τρηχαλέην βαρύδουπον ὀϊστεύοντες ἱμάσθλην, καὶ νεφέων κλονέοντες ἀνερρίπιζον ἐναύλους.* *ὅττι* (sequitur doctrina physica). Friedlaender enim dicit (p. 202): *neben den Personificationen mögen auch die eigentlichen Gewittererscheinungen dargestellt gewesen sein, und darauf könnten die Anfangsworte dieser Partie* (137—139) *deuten etc.* Sed hi versus cum sequentibus arctius videntur cohaerere.

[2]) II v. 160 sq. *ἡ δ' ἔτι φυσιόωσα κορύσσετο μαινάδι λαιμῷ*
Βροντὴ βαρβαρόφωνος, ἐπιβρομέουσα θυέλλαις,
δοῦπον ἐρευγομένη καναχηδέος ἀνθερεῶνος.
καὶ παλάμας ἔστρεψεν ὀπίστερος Ἀγγελιώτης
ὁλκῶν ἠνεμόφωνον ἐπισπεύδουσαν ἐρύκων,
ὀρνυμένην νεφέεσσιν ἐλαυνομένοισι φυλάσσων.

[3]) II v. 166 sq. *καὶ Στεροπὴ πέμπουσα σέλας φοινίσσετο πᾶσα λαμπάδα παιφάσσουσα νεοπτοίητον ὀπωπαῖς, φέγγος ἀκοντίζουσα.* Versum 167 locum communem rhetoricum esse Philostrati probant verba:

concludere licet.[1]) Iure autem Friedlaender Apellis mentionem facit, de quo dicit Plinius (N. H. 35, 96 Mayhoff): „pinxit et quae pingi non possunt, tonitrua, fulgetra fulguraque; Bronten, Astrapen et Ceraunobolian appellant.“

Atque ut Chimon ex Thalassa, ita ex Oceano provenit Aurora (cf. infra p. 61 sq.), quae alata, dextra manu flagellum vibrans, candida veste induta, fascia pectorali ornata bracchia intuentibus ostendit nuda.[2]) Tum pergit poeta (I v. 323 sq.): **De Aurora et XII Horis.**

καὶ δρόμον Ὡράων ἑξάζυγον ἡνιοχεύει
πρωτοφανεῖς ἐλάουσα συνήθεας,

quae verba his illustrantur versibus (I v. 348 sq.):

καὶ ξανθὰς ἐνόησα συνήλυδας ἤματος Ὥρας
ἓξ πάλιν ἱσταμένας ἐπιβήτορας ὑψόθι δίφρου

et (I v. 352 sq.) *καὶ πτερὰ κοῦφα τίταινον ἀειρομένων ὑπὲρ ὤμων*
Ἠῷον περὶ νῶτον ὀπίστεραι.

His igitur ex versibus primo aspectu elucere videtur in vehiculo a sex Horis antemeridianis tracto non solum Auroram ipsam, sed etiam sex alias adstare Horas,[3]) de quibus poeta nihil aliud nisi alatas eas esse enuntiat. Sed de illis, quae currum trahunt,

---

(im. I c. 14) *καὶ Ἀστραπὴ σέλας ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἱεῖσα.* Tum pergit poeta (v. 168) *καὶ Ἄγγελος ἄλλος ὀρούσας ἐσσυμένην ἐδίδαξε σαόφρονα μέτρα κελεύθων,* quod vertit Friedl. p. 201: *„und wies der Dahinstürmenden den Weg“* Equidem vertere malim: et Steropen sine ratione properantem modestius contendere docuit i. e. eam coercuit.

[1]) Quod Friedlaender p. 202 hanc nubem a Chimone aquis impleri dicit, id, si ea quae de versibus II 126 sq. diximus reputaveris, rectum vix esse concedes.

[2]) I v. 314 sq. *ἀλλ' ἀπὸ ῥείθρου*
ὄρθριος Ἠριγένεια δυωδεκάωρος ὁδεύει,
Ἠελίου λάμποντος ὁμόδρομος· ἱσταμένη δὲ
ἀργυφέη πτερόεσσα χαράσσετο σύνδρομος Ὥραις,
καὶ διδύμους γλαγόεντας ἐπισφίγγουσα φυλάσσει
μαζοὺς ἀμφιέλισσα περίτροχος ἅμματι μίτρῃ.
ἡ δὲ τιταινομένη μηκύνεται ἀργέτις Ἠώς,
καὶ θαλεροὺς γύμνωσε βραχίονας· ἁλλομένη δὲ
δεξιτερῇ φαέθουσαν ἀνηέρταζεν ἱμάσθλην κτλ.

[3]) Ita indicat Friedlaender.

uberius tractavit[1]) Ioannes. Has enim Horas manibus iugum collis impositum tenere[2]) verbis *καὶ ζυγὸν ὀρθὸν ἔχουσι σελασφόρον αὐχένι κοῦραι* (I v. 326) affirmat. Neque tamen omnes has sex Horas umeris iugum portare inde cognoscitur, quod sextam Horam, quae rutilo chitone pectus non tegente induta est, non iugum sed lorum subiugium manu tenere poeta dicit.[3]) Diversis autem coloribus ex obscuris in claros desinentibus has sex Horas depictas fuisse inde apparet, quod poeta unamquamque candidioribus quam illam, quae antecedit, coloribus redditam esse exponit. Atque Hora matutina (I v. 332) *λείψανα νυκτὸς ἔχουσα μεμιγμένα φέγγεσι ἠοῦς* describitur, Hora autem sexta omnium est splendidissima.[4]) Sed has sex Horas ea ratione, qua Friedlaender aliam iuxta aliam in unum disposuit ordinem, quamquam id primo obtutu poetae testimonio videtur respondere, tamen re vera expressas fuisse haud crediderim, quia pluribus quam duobus iugum imponere veteres non solebant. Huc accedit, quod Horam sextam, ut supra diximus, iugum non portavisse ipsa Ioannis verba declarant. Itaque duas Horas iugum portavisse, ceteras, quarum una lorum subiugium

---

[1]) I v. 324 sq. *αἳ δὲ ταθεῖσαι*
παρθενικοῖς μίτρωσαν ἐνὶ στήθεσσιν ἱμάντας.
καὶ ζυγὸν ὀρθὸν ἔχουσι σελασφόρον αὐχένι κοῦραι
χερσὶν ἐπισφίγγουσαι· ἐπειγομένοιο δὲ ταρσοῦ
ἐκταδὸν ἀΐσσουσι καὶ ἠερίῃσι κελεύθοις
ἱπτάμεναι προθέουσιν ὁμόζυγες κτλ.

[2]) Quocum comparari potest vasculi cuiusdam imago, Inghirami Vas. fitt. Tom. IV tab. 324.

[3]) I v. 344 sq. *ἐκ δὲ χιτώνων*
γυμνὰ καλυπτομένης μυστήρια φαίνετο κόλπου,
καὶ γαστὴρ ἀμάρυσσε ῥοδόχροος· ἐν παλάμῃ δὲ
ὀξέα σκιρτάουσα φέρει ζυγόδεσμον ἀπήνης.

[4]) I v. 329 sq. *ἀρχομένη δὲ*
πρώτη ἀναθρώσκουσα λιπόσκιος ἐγγύθεν ὄρφνης
ἀκροφαὴς δροσόεσσα χαράσσεται ὄρθριος Ὥρη,
λείψανα νυκτὸς ἔχουσα μεμιγμένα φέγγεσιν ἠοῦς,
λεπταλέον λεύσσουσα, καὶ ἀμφιλύκη τις ἐτύχθη
ὑγρὸν ἐπιστείχουσα φερέσταχυν ὁλκὸν ἐέρσης.
τοίη μὲν τελέθεσκεν· ὅσον δ' ἐπὶ βαιὸν ὁδεύεις
σχῆμα κασιγνήτης ἑτέρης βλεφάροισι δοκεύων,
φαιδρότερον τῆς πρόσθεν ὀπιπεύεις τύπον αἴγλης,

tenebat,[1]) secutas esse vel antecessisse rectius statuemus. Quae cum ita sint, etiam ea, quae poeta de his Horis dicit (I v. 325):

παρθενικοῖς μίτρωσαν ἐνὶ στήθεσσιν ἱμάντας,

non ad omnes sex, sed ut plurimum ad duas illas, quae iugum portant, pertinere posse nemo non videt. At verisimilius est eas omnino non loris, sed velut Auroram fasciis fuisse cinctas pectoralibus, quas Ioannes prave interpretatus cum loris confudisse (cf. infra p. 59 adn. 1) videtur. Neque vero huic opinioni obsistit vocabulum *ἡνιοχεύει* (I v. 323), ex quo Auroram Horas habenis rexisse fortasse concludas. Namque hoc vocabulum saepissime propria carere notione multi poetae docent versus.[2]) Neque minores difficultates inde oriuntur, quod septem figuras uno curriculo vehi poeta dicere videtur.[3]) Legitur enim (I v. 348 sq.):

μαρμαρυγὴν Φαέθοντος ἀμελγομένης πλέον Ὥρης.
ἀλλὰ μεσημβρίζουσα φιλεύδιος εὔλοφος ἔστη
ἕκτη μειδιόωσα γαλήνιον, αἴθοπι ῥιπῇ
ἠέρος ὕψος ἔχουσα, πυριβλήτοισι προσώποις·
καὶ φλογερῷ σπινθῆρι κατάσχετος Ἠριγενείης
λεπτὸν ἔχει μελέεσσι ἀραχνιόωντα χιτῶνα,
καῦμα πυρὸς φεύγουσα πυρίδρομον κτλ.

[1]) Quae cum ita sint, ut illas iugum, hanc lorum subiugium, ita alias Horas alias curriculi singulas partes manu tenuisse fortasse credas. Attamen cum huic opinioni ratio illa, qua Horae umeris iugum portant, non faveat, Horam sextam lori subiugii nondum omnino temoni circumplicati extremam tantum partem manu gestasse verisimilius est. Sed concedendum est satis mire de iugo Horarum umeris imposito usurpari vocabulum *ὀρθόν* in versu 326 *καὶ ζυγὸν ὀρθὸν ἔχουσι σελασφόρον αὐχένι κοῦραι.* Attamen verba *ἔχουσι αὐχένι* maioris videntur esse ponderis, quam ut eas non umeris, sed tantum manibus iugum tenuisse credamus.

[2]) Cf. II v. 213 *καὶ κόρον ἐξ ἐτέων δολιχοδρόμον ἡνιοχεύσας*, praeterea I v. 67. 136. 312, II v. 327; his autem in versibus vocabulo *ἡνιοχεύειν* nihil de habenis enuntiatur.

[3]) Etiam Friedl. dubitat p. 190: *Was den Wagen anlangt, so kann man wegen des Gespannes unmöglich an einen vierrädrigen denken, und es bleibt verwunderlich, wie viele Figuren auf dem zweirädrigen standen. Er muss also reichlich gross gewesen sein.* Idem imaginem curriculi a quinque figuris occupati comparat (Engelmann, Cod. Gr. et L. phot. dep. XIII suppl. VII tab. 14, 5); quattuor figurae in curriculo stantes in gemma quadam conspiciuntur, Furtwaengler Gemmen Vol. I tab. LXVI.

καὶ ξανθὰς ἐνόησα συνήλυδας ἤματος Ὥρας
ἓξ πάλιν ἱσταμένας ἐπιβήτορας ὑψόθι δίφρου.
αὐτὰρ ἀμειβομένην τροχαλὴν μίμνουσι πορείην,
δειελινὴν κλίνουσαν ἐπερχομένην ἐπὶ νύσσαν·
καὶ πτερὰ κοῦφα τίταινον ἀειρομένων ὑπὲρ ὤμων
Ἠῷον περὶ νῶτον ὀπίστεραι.

Vocabulum autem *ὑψόθι*, cum ex voce *ἐπιβήτορες* nunquam praepositio quaedam sed casus genetivus pendeat et vocabula *ἐπιβήτορας δίφρου* ex Homeri et Nonni loquendi usu omnibus nota seiungi non posse in promptu sit, cum vocabulo *ἐπιβήτορας* coniungendum non esse certum est. At ex verbis *ἐπιβήτορας δίφρου,* cum neque Homerus neque Nonnus vocabulo *ἐπιβήτορες* unquam ad homines in aliqua re stantes sed semper ad eos, qui aliquid conscendunt vel conscendere solent,[1]) describendos uti videantur, Horas ita, ut curriculum ascendere viderentur, depictas fuisse apparet. Quae cum ita sint, dubium non est, quin vocabulum *ὑψόθι* non praepositionis, sed adverbii vim habeat atque Horas superne currum occupare significet. Namque eas volitasse etiam versus (I v. 352) *καὶ πτερὰ κοῦφα τίταινον ἀειρομένων ὑπὲρ ὤμων* demonstrat. Vocabulum vero *ἱσταμένας* (I v. 349), quo primo obtutu haec opinio refutari videtur, nihil ponderis habere, sed propria notione fere omnino carere etiam inde elucet, quod Aurora ipsa non solum verbo *ἱσταμένη* (I v. 316) sed etiam voce *ἀλλομένη* (I v. 321) describitur. Auroram autem illas antecedere sequitur ex verbis, quibus Horae describuntur (I v. 353) *Ἠῷον περὶ νῶτον ὀπίστεραι.* Atque id

[1]) Hom. Od. XVIII v. 263 *ἵππων . . . ἐπιβήτορας*. Od. XI v. 131 *συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον*, cf. XXIII v. 278. Nonn. I v. 50 sq. *καὶ ἐγγύθεν ὑγροπόρος βοῦς κυρτὸν ὑποστορέσας λοφίην ἐπιβήτορι κούρῃ δόχμιος ὀκλάζων, κεχαλασμένα νῶτα τιταίνων Εὐρώπην ἀνάειρε.* 16, 280 *πλεκτὸν ἀεξομένης ἐπιβήτορα κισσὸν ὀπώρης.* 20, 113 *καί τις ὑπὲρ νώτοιο θορὼν ἐπιβήτορι παλμῷ εἰς δρόμον ἐσσυμένως λοφίην ἐπεμάστιεν ἄρκτου.* 37, 256 *καί νύ κεν ἀίσσοντι ποδῶν ἐπιβήτορι παλμῷ . . . ὄνυξ ὠλίσθανεν ἵππων.* 41, 191 *καὶ ποδὸς ὑψιπόροιο θορὼν ἐπιβήτορι παλμῷ πόρδαλις αἰολόνωτος ἐπεσκίρτησε λαγωῷ*, cf. Nonn. Ev. Io. VI 191, XXI 63. Tryphiodori versus 305 sq. *τοὶ δὲ, βοείαις δησάμενοι σειρῇσιν, ἐϋπλέκτοισι κάλωσιν εἷλκον ὑπὲρ πεδίοιο, θοῶν ἐπιβήτορα κύκλων, ἵππον ἀριστήεσσι βεβυσμένον* primum quidem nobis obsistere videntur; at equum non tam in rotis stare quam rotis veluti pedibus ingredi dicere vult poeta.

quidem vocabulo *ἀλλομένη*, quo Aurorae motus indicatur, optime confirmari nemo neget.

Denique poeta aliam Horam adfert, quam septimam esse dicit.[1]) Neque dubium esse potest, quin ille, cum omnes duodecim Horas in duas diviserit partes, hanc alterius catervae esse septimam intellegat.[2]) Sed cum re vera tredecim enumerentur Horae, hanc tertiam decimam esse oportet. Hic autem numerus illo veterum recentiumque more, qui duodecimum numerum uno augere solent, optime explicatur.[3]) Hanc vero septimam vel tertiam decimam Horam crepusculum significare recte Friedlaender ex versu (I v. 354) *στυγνὰ κατηφιόωντι κελαινιόωσα χιτῶνι* concludit (p. 190). Atque idem adiectivum (I v. 355) *φυσίζοος* videtur docere. Adstat autem haec Hora corpore incurvo (*κλινομένη*), in contrariam atque Aurora partem versa (*μετάτροπος*), dextram manum in aliud extendens lumen. Atque id Lunam esse Friedlaendero concedimus (p. 190). Versus tamen (I v. 357 sq.): De Hora septima.

ἀξονίην τροχόεσσαν ἴτυν μέλλουσα κυλίνδειν,
ἕβδομον ἑσσυμένη τελέσαι χρέος

nonnullas praebet difficultates. Nam eam Aurorae curriculi rotam circumagentem depictam (ita Friedl. p. 191) fuisse vix credi potest, praesertim cum huic interpretationi et verbum *μέλλουσα*,

---

[1]) I v. 353 sq. *ἑβδομάτη δὲ*
στυγνὰ κατηφιόωντι κελαινιόωσα χιτῶνι,
ἐς δρόμον ἱπταμένη φυσίζοος ἔρχεται Ὥρη·
κλινομένη δ' ἕστηκε μετάτροπος ἄζυγι παλμῷ,
ἀξονίην τροχόεσσαν ἴτυν μέλλουσα κυλίνδειν,
ἕβδομον ἑσσυμένη τελέσαι χρέος· ἀλλὰ καὶ Ἠῶ
ὀρνυμένην πέπλοισιν ἐπισπεύδουσαν ἐπείγει,
δεξιτερὴν τείνουσα μετάσσυτον εἰς φάος ἄλλο.

Scholiastae opinionem (Friedl. p. 135) *ὅτι ὁ γραμματικὸς οὑτοσὶ ἐν τῇ ἐκφράσει τῶν δώδεκα ὡρῶν τὰς ἓξ μόνας εἶπεν, ἀπὸ δὲ τῆς ἑβδόμης μετέτρεψε τὸν λόγον ἐπὶ τὸ ῥόδον καὶ τὴν γῆν. νομίζω δὲ ὅτι τὸ βιβλίον ἔχει σφάλμα καὶ διὰ τοῦτο* nullius ponderis esse in promptu est.

[2]) Ita Friedl. p. 189 ad vers. 353.

[3]) Otto Weinreich Triskaidekadische Studien Religionsg. Versuche u. Vorarb. XVI 1; lykische Zwölfgötter-Rel. (Sitz.-Ber. Heid. Akad. d. Wiss. 1913, 5 Abh.) p. 20 sq. Wissowa Hermes 52 (1917) p. 100 sq.

quod ad tempus spectat futurum, et vocabulum *μετάτροπος* obsistere videatur. Huic autem quaestioni lucem afferunt Nonni versus (VI 86 sq.):

> *ἀλλ᾽ ὅτε πάντα νόησεν ἀμοιβαίης ἴτυν ἄστρων,*
> *σφαῖραν ἀειδίνητον ἀνέκρουσε κοίλῃ χειρί*

(sc. ὁ Ἀστραῖος). Nam in his versibus vocabulum ἴτυν astrorum circum axem ambitum exprimere apparet. Quia etiam Caelum ipsum figura inveniri rotam (ἴτυν) tenentem, supra quam Solem (velut in veste illius sinuata alibi[1]) sedentem conspicimus, artifices finxisse sarcophagus docet, qui ad Phaethontis fabulam spectat.[2] Eo igitur modo hunc versum explicandum esse puto. Itaque Hora septima, ut suae quoque agantur partes, caeli circum axem mundanum circuitum accelerare studet.[3] Hoc autem depictum non fuisse, sed nihil aliud nisi Ioannis esse interpretationem vix est quod moneamus. Sed cum Anatolia in hac pictura expressa fuerit, dubium non esse potest, quin pictor ipse hac figura Dysin depingi voluerit. Atque si Dysin, ut in imagine Gazaea manum ad Lunam extendit, ita in sarcophagis prope Lunam saepius expressam esse[4] consideraveris, id quidem iuste audacius a nobis non coniectari concedes. Ioannes autem hanc figuram vice Horam appellat,[5] quod eam haud procul ab Horis adstantem conspiciebat et quod duodecim Horis tertiam decimam addere studebat. Denique monendum est vocabula ἄζυγι παλάμῃ fortasse nihil aliud[6] exprimere nisi septimam illam Horam iugum non solum non tenere (id quod etiam nonnullas ex Horis facere intelleximus), sed ne posse quidem ut crepusculi et occidentis deam hoc munere fungi. Ex versu autem (I v. 355):

> *ἐς δύσιν ἑπτάπορος [illegible] ἔρχεται Ὥρη*

---

[1] Robert Sark. Rel. III 3 p. 430 fig. 343'b et tab. CXIII n. 343 p. 426.

[2] Robert Sark. Rel. III 3 tab. CVIII n. [illegible] p. 4[illegible], cf. supra p. 8 adn. 2.

[3] Idem significant versus 36 sq. [illegible]

[4] Cf. p. 49 adn. 1.

[5] Dyseos nomine apud Hyginum (fab. [illegible]) Horam aliquam appellari monendum est.

[6] Aliter Wilamowitzius et Friedlaender p. 160.

eam alatam esse concludere non licet. Nam hoc verbum etiam metaphorice adhiberi versus (I v. 250) docet:

ἱπταμένους ἀνέκοψεν ἐπεσσυμένου πόδας ἵππου.

Comparari autem potest, quod de Anatolia simillimis verbis poeta dicit (II v. 244):

ἤϊξεν ἐπὶ δρόμον Ἠριγενείης.

Atque Dysin in sarcophagis saepius inveniri Carolus Robert docet.[1]) Quibus rebus expositis dubitari nequit, quin has Aurorae Horarumque figuras iure comparaverit Carolus Robert[2]) cum Domus Aureae pictura illa, in qua Horas Solis curriculum adportantes similiter expressas conspicimus. Sed hac de re infra uberius disputabitur (cf. p. 58).

Quattuor venti cum equis repraesentati erant, quibus illos vehi Friedlaender non tam demonstravit quam sumpsit (p. 184). Ipse enim verba εὖ διαβάς, quae (I v. 271) in Noti descriptione leguntur, et apud Homerum et apud Tyrtaeum[3]) peditis statum significare concedere debet. Sed cum de eodem vento legamus φορεύμενος αἴθοπι κέντρῳ (I v. 262), id firmo alicui statui repugnare Friedlaendero videtur. Itaque Notum equo insidere, εὖ διαβὰς autem eodem modo interpretandum esse statuit atque διαβεβηκώς apud Xenophontem, ubi de arte equo insidendi agitur (de re eq. VII 5 Ruehl): ἐπειδάν γε μὴν κάθηται ἐάν τε ἐπὶ ψιλοῦ ἐάν τε ἐπὶ τοῦ ἐφιππίου, οὐ τὴν ὥσπερ ἐπὶ [τοῦ] δίφρου ἕδραν ἐπαινοῦμεν, ἀλλὰ τὴν ὥσπερ εἰ ὀρθὸς ἂν διαβεβηκὼς εἴη τοῖν σκελοῖν. τοῖν τε γὰρ μηροῖν οὕτως ἂν ἔχοιτο μᾶλλον τοῦ ἵππου, καὶ ὀρθὸς ὢν ἐρρωμενεστέρως ἂν δύναιτο καὶ ἀκοντίσαι καὶ πατάξαι ἀπὸ τοῦ ἵππου, εἰ δέοι. At Xenophon admonet, ne eques neglegenter veluti in sella quadam resideat, sed corpore erecto eum vult equo insidere, tamquam si crura bene varicans pedibus eat. De Ventis.

---

[1]) Robert Sark. Rel. III 3 p. 410; tab. CIX n. 337 p. 419; tab. CX CXI n. 338. 340; CXIII n. 343 p. 426; n. 344 p. 427; n. 345 p. 428; CXVIII n. 357 p. 449 (= Robert Hermeneutik p. 52 fig. 38, cf. p. 50 sq.).

[2]) Sark. Rel. III 3 p. 408.

[3]) Hom. Il. *M* 458; Tyrt. 10, 31; 11, 21 (Bergk); praeterea cf. Apoll. Rhod. III 1293; Oppian. cyn. II 477; Agathiae Histor. lib. I Migne Tom. 88 p. 1289 A; *Τοῦτον δὴ οὖν* (sc. *τὸν ταῦρον*) *ὁ Θευδίβερτος ἔκ τινος νάπης ἰδὼν ἀναθορόντα . . . εἱστήκει εὖ διαβὰς ὡς τῷ δόρατι ὑπαντιάσων.*

Xenophontem igitur, quem comparatione quadam uti ex ipsis vocabulis ὥσπερ apparet, vocabula *διαβεβηκὼς τοῖν σκελοῖν* eodem modo atque Homerum et Tyrtaeum illud *εὖ διαβάς* adhibere plane cognoscitur.[1]) Verba autem *φορεύμενος αἴθοπι κέντρῳ* (I v. 262) simili modo ac (I v. 268) *μεθέπων σφριγόωσαν ἀπειλήν* indicant, quanto studio quantaque animi concitatione commotus sit Notus. Friedlaenderum vero, quod versum

I v. 269 *ἀμφιλαφὴς ἑκάτερθεν ἀκοστήσαντα χαλέπτων*

de nemine dici posse credit, quin in equi dorso insideat, fugit haec eodem vel meliore iure de eo dici, qui exadversus ab equi fronte stans caput et collum eius comprehendit vel frena ex ore pendentia utrimque arripit. Accedit, quod ventorum habitus cum auriga comparatur, qui verbis (I v. 237) *ὀκλάζων ἐριαύχενας εἴρυσε πώλους* describitur. Denique si venti his equis insiderent, satis miri essent versus

(I v. 242 sq.) *τοῖοι νῦν τελέθουσιν ἀμιλλητῆρες ἀέλλης,*
ἄζυγες ἀσπαίροντες κτλ.

Nam equos iugis carere per se pateret. Immo Ventos ne postea quidem his equis vectum iri haec ipsa verba probant. Iugum enim iis tantum equis imponitur, qui currum trahunt. Neque vero usquam in imaginibus antiquis Ventos equis insidentes inveniri recte ipse Friedlaender observavit, sed latet eum et in sarcophagis, qui ad Phaethontis fabulam spectant, et in pictura quadam Domus Aureae Ventos equos solares adducere et reluctantes domitare.[2]) Atque idem de pictura Gazaea statuere eo minus dubitabimus, quod etiam singulorum ventorum figuras cum sarcophagis quodam modo videmus congruentes. Namque Boream concham ferentem dextra[3]) manu equum perdomare docent versus (I v. 247 sq.):

καὶ ταναὸς Βορέης μυκήτορα κόχλον ἀείρων . . .
δεξιτερὴν ἐτίταινε καὶ ἡνία καρτερὰ σύρων κτλ.

---

[1]) Vide etiam Xenoph. de re equ. I 14; Aristoph. Eq. v. 77; Aristot. Hist. An. V 2 (p. 540 A); Lucian. gymn. c. 32 (p. 913); Plut. ad princ. iner. c. 2 (p. 779 F).

[2]) Robert Sark. Rel. III 3 p. 405 sq., cf. infra p. 52 adn. 2; v. etiam p. 58.

[3]) Boreas utrum laeva an dextra concham gerat, non satis perspicue ex descriptione apparet. Attamen dextra eum frena arripuisse ipsa ratio docet.

Ex versu autem (I v. 251):

καὶ λοφιὴν κύρτωσε καὶ αὐχενίην τρίχα πῶλος

equum collum inclinare cognoscitur. Quod vero poeta dicit (I v. 252 sq.):

δόχμιος ὀκλάζων, βραδυπειθέα γούνατα σύρων
οὐκ ἐθέλων ἔστησε, μόλις γόνυ γουνὸς ἀμείβων,
νωθρὰ παραστείχων,

inde equum in clunibus fere residentem pedes primores paullulum sublatos movere intellegimus. Quibus rebus perspectis etiam verba (I v. 254) *Βορέης δ' ὑπεσύρετο σύρων* quid significent, elucet. Boreas enim ab equo arrecto, quem loris arreptis detrahere conatur, ipse videtur trahi. Quae cum ita sint, figuram Boreae partim equi latus tegentem in eandem, quo currit equus, partem versam fuisse apparet. Similiter autem in sarcophago expressus est Blundelliano[1]) is qui Titani proximus est Ventus, qua in imagine imprimis huius Venti equus cum poetae verbis consentit. Zephyrus vero loris equum procurrentem ita retrahit, ut eius caput non solum inclinetur sed etiam (*ὀπισθοτόνου*) retorqueatur.[2]) Similiter autem in sarcophago illo secundus a dextro anaglyphi angulo equus, quamquam collum erigit, caput obliquum in dextram vertit partem. Neque vero Ventus ipse, qui hunc equum ducit, Zephyri in pictura Gazaea figurae dissimilis videtur esse. Eurus[3]) vero simili modo ac Boreas equum loro videtur retraxisse. Notum autem ab equi fronte stetisse et utraque manu frena arripuisse iam supra monuimus (cf. p. 50). Sed eius equus iuba volitante in pedibus posterioribus sedebat prioribus in altum elatis.[4]) Atque omnes quattuor venti et capitibus et pedibus alas

---

[1]) Robert Sark. Rel. III 3 tab. CVIII n. 332.

[2]) I v. 255 *καὶ Ζέφυρος δόχμωσεν ὀπισθοτόνου γένυν ἵππου*
ψυχρὸν ἐφαπλώσας δολιχὸν σθένος· ὑψιτενὴς δὲ
χερσὶ χαλινοφόροισι ταθεὶς ἔσφιγξεν ἱμάντας.
καὶ κεφαλὴν ἔκλινε καὶ αὐχένα πῶλος ἀλήτης
λοξὸν ἐπιστρέψας βεβιασμένον ἅρπαγι ῥιπῇ.

[3]) I v. 260 sq. *καὶ προτενὴς πάλιν Εὖρος ἀνακρούων θράσος ὁπλῆς*
ὠκὺν ἀερσιπόδην ἀνεσείρασε πῶλον ὀρούσας.

[4]) I v. 262 sq. *ἀλλὰ Νότος μόχθησε φορεύμενος αἴθοπι κέντρῳ·*
καὶ γὰρ ἀγηνορέων τροχαλὸν σκίρτημα τινάξας,
ταρσὸν ὀπισθιδίων σκελέων διδυμάονα πήσσων,

gerebant,[1]) contra in sarcophagis[2]) et in Domus Aureae pictura[3]) capita tantum alata sunt. Ceterum nihil absurdius esse quam deos alatos equis uti vix est quod moneam.

De IV Horis. Quattuor Horae quomodo expressae fuerint quaerentibus primum quidem paucis nobis videtur esse exponendum, qua ratione Ioannes Nonni de Horis versibus (XI v. 485 sq.) usus sit. Atque primo obtutu Ioannem, qui primum Ver deinde Auctumnum tum Aestatem denique Hiemen describit, a Nonni ordine, qui Hiemen, Ver, Aestatem, Auctumnum enumerat, discrepare elucet. Sed cum Horae etiam in sarcophagis mutato ordine inveniantur,[4]) illam dispositionem ab Ioanne non casu adhibitam esse, sed ad ipsam imaginem pertinere apparet. Vel hac ex re Ioannem in his versibus condendis quamquam Nonni non immemorem imprimis picturae describendae rationem habuisse concludere possumus, id quod singulis utriusque poetae verbis inter se comparatis confirmatur. Atque ne summam quaestionis retardemus, similes Ioannis Nonnique sententias singulas excerpamus atque inter se committamus:

Leguntur autem

apud Ioannem (II)	apud Nonnum (XI ed. Ludwich)
v. 272 *Εἰαρινὴν δροσόεσσαν*	v. 497 *εἰαρινὴν δροσόεντι*
v. 274 *χελιδονίου*	v. 495 *χελιδονίων*
v. 278 *καὶ φρενὶ κωμάζουσα* et 280 *ἡδὺν κῶμον ἄειδε χαριζομένη Κυθερείῃ*	v. 500 *διπλόον ἔπλεκε κῶμον Ἀδώνιδι καὶ Κυθερείῃ*
v. 279 *φιλοζεφύροισι*	v. 496 *φιλοζεφύρου*
v. 283 *Φθινοπωρίδος . . . ὄμμα*	v. 513 *φθινοπωρὶς ἐοῦσα*
v. 293 sq. *καὶ ψεδνὴν ἐτέλεσσε λιπότριχα φυλλάδα λόχμην φυλλοχόῳ πρηστῆρι.*	v. 510 *λιπότριχι . . . κόρσῃ* et 514 *φυλλοχόοις ἀνέμοις ἀπεκείρατο δενδράδα χαίτην*

προσθιδίους ὤρθωσεν ἀνυψώσας πόδας ἵππος
θερμὸν ἀερτάζων δέμας ὄρθιον· ἠερίην δὲ
ἐντροπαλιζομένην μελέων ἀνεσείσατο χαίτην.

1) I v. 227 sq. *ταρσὰ ποδῶν πτερόεντα μετοχμάζοντες ὀπίσσω καὶ κεφαλὴν πτερόεσσαν ἀνηώρησαν ἀπειλῇ.*

2) Robert Sark. Rel. III 3 tab. CVIII n. 332 p. 415 et n. 336.

3) Robert ibid. p. 406.

4) Robert Sark. Rel. III 3 tab. CXXXIII, CXXXIV 425 p. 503 sq. Hoc in sarcophago Auctumnum sequuntur Aestas, Ver, Hiems.

v. 297 Θαλυσιὰς ἐγγὺς ἐτύχθη
v. 298 λαβροτέρῳ Φαέθοντι θερειομένοιο προσώπου et 301 ἰκμαλέους ἱδρῶτας ἀποστάζουσα μετώπου
v. 307 ψυχρὸν φυσιόωσα χαλαζήεντι χιτῶνι.
v. 308 χλοεροῖς πέπλοισι

v. 501 θαλυσιὰς ἔστιχεν Ὥρη
v. 507 sq. καὶ νοτεροὺς ἱδρῶτας ἀνιεμένοιο προσώπου θερμοτέρῳ Φαέθοντι καθικμαίνοντο παρειαί.
v. 490 ψυχρὰ χαλαζήεντι συνήρμοσε ταρσὰ πεδίλῳ
v. 493 χλοερὸν στέφος

Quamquam igitur dubium non est, quin his versibus Ioannes Nonnum imitatus sit, aliis tamen in rebus nihil praeter imaginem in mente habet. Hora enim vernalis ab Ioanne (II v. 274) δρεψαμένη λειμῶνα χελιδονίου ῥοδεῶνος describitur, a Nonno (XI 498 sq.) διαιθύσσουσα δὲ πέπλον ὄρθριον οἰγομένοιο ῥόδου δολιχόσκιον ὀδμήν dicitur, qui versus praeter rosas nihil commune habent. Sed ut flores Veris,[1]) ita Aestatis signa esse falcem et spicas,[2]) quas res hanc Horam portare uterque poeta[3]) narrat, vel pueri sciunt. Itaque his in rebus Ioannes non tam Nonnum imitatur quam picturam describit. Hora igitur vernalis rosarum corona ac catella ornata vestimenti sinu frondes tenens manu patellam gestat argenteam floribus impletam.[4]) De Auctumno autem nihil legimus nisi vestimentum eius fructuum praebuisse reliquias.[5]) Deinde Hora aestiva veste tenui amicta,[6]) pilo tecta[7]) manibus spicas et falcem et anguem tenet.[8])

---

[1]) Cf. Herrmann De Horarum apud veteres figuris p. 36.

[2]) Cf. Herrmann ibid. p. 39, 1; 40, 2; 44 d. β. 1.

[3]) Ioann. II v. 303 καὶ στάχυας φορέει δρεπανηφόρος
Nonn. XI v. 502 sq. στάχυν . . . κούφιζε καὶ . . . γένυν ἅρπης

[4]) II v. 275 sq. κάλλος ἑὸν φαίδρυνε ῥόδων εὐώδεϊ χαίτῃ·
καὶ πλοκάμους ἔστεψε καὶ αὐχένα λευκὸν ἐόντα
ὅρμος ἕλιξ φοίνιξε πεπαρμένος αἴθοπι κόσμῳ.
II v. 279 κόλπον ἀνευρύνασα φιλοζεφύροισι πετήλοις.
II v. 281 sq. ἀπ' ἀργυρέου δὲ μετάλλου
δίσκυν χειρὶ φέρει καλύκων πλήσασα Κυθήρης.

[5]) II v. 295 sq. τιταινομένοιο δὲ πέπλον
βαιὸν ἀποιχομένης ἔτι λείψανον εἶχεν ὀπώρης.

[6]) II v. 299 λεπταλέους τρομέοντας ἐπισφίγγουσα χιτῶνας.

[7]) II v. 302 κάρη δ' ἐκαλύπτετο πίλῳ.

[8]) II v. 304 sq. καὶ ἀμφίζωστον ἀείρει
ποικίλον ἑρπυστῆρα μόρον χερσαῖον ὁδίτην.

Denique Hiemis Horam describit poeta. Haec autem sedet acclinata[1]) et urceum, ex quo aquam profundit manu gestat.[2]) Atque ex verbis (307) *χαλαζήεντι χιτῶνι* et (308) *χλοεροῖς πέπλοισι*, quibus eius vestimentum describitur, quamquam ea ex Nonno hausta sunt, tamen in pictura vestem densissimam, sicut saepius in artis Romanae monumentis observatur, atque viridi colore tinctum hanc Horam habuisse cognoscitur. De colore certe non est quod dubitemus. Nam etiam in opere musivo Sentini invento viridi veste amicta est.[3]) Quae figurae omnes cum artis operibus conservatis optime congruunt, nisi quod Horam anguem tenentem non inveni.[4]) Sedent autem hae quattuor Horae in uno eodemque loco (II v. 260 *εἰν ἑνὶ χώρῳ*), ut in sarcophago Havniensi, qui Phaethontis exhibet fabulam,[5]) atque Cosmi vicinum (II v. 263 *γείτονα Κόσμου*) adspiciunt. Sed ne quis verba sequentia *μεταφορικῶς* adhibita (II v. 265) *ἁρμονίης κόσμοιο θεήτορες* prave intellexerit,[6]) poeta nos docet (265 sq.):

---

[1]) II v. 311 *καὶ δέμας ἀγκλίνασα.*

[2]) II v. 309 sq. *καὶ ἐκ προχόου νιφετοῖο*
κρυμαλέον πέμπουσα πολυσταγὲς ἔβλυσεν ὕδωρ.

[3]) Archaeol. Ztg. 35 (1877) tab. 3 p. 12 (Engelmann).

[4]) Sed cf. quod etiam Oceanus in sarcophago quodam anguem tenet, Robert Sark. Rel. III 3 p. 415.

[5]) Robert Sark. Rel. III 3 CVIII n. 336.

[6]) Dicit enim poeta II v. 262 sq.:

αἱ δὲ παρεδριόωσι, καὶ ὄρχαμον ἄλλον ἰδοῦσαι
φαιδρὸν ὀπιπεύουσι νοήμονα γείτονα Κόσμου,
καὶ χαροπὴν σύμπασαν ἐπικλίνουσιν ὀπωπήν,
ἁρμονίης κόσμοιο θεήτορες. ἀτρεκέως γὰρ
Οὐρανὸς ἔπλετο κόσμος ἀεικίνητος ἱδρύων κτλ.

Deinde sequuntur hi versus (269 sq.):

ἐνδοπαγῆ ξύμπαντα λαχὼν ἔντοσθεν ἀείρει,
κυκλώσας ἕλικεσσιν ὅλην φύσιν (sc. *ὁ οὐρανός*).

Hanc doctrinam, de qua illis temporibus Christiani saepius videntur tractasse, oppugnat Cosmas Indicopleustes (Migne T. 88 p. 76 A) *λέγει τοίνυν ὁ θεῖος κοσμογράφος Μωσῆς· 'ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν'. ὑποτιθέμεθα τοίνυν οὐρανὸν ἅμα καὶ γῆν περιεκτικὰ τοῦ παντὸς ὑπάρχειν ὡς περιέχοντα τὸ πᾶν ἔνδον ἑαυτῶν κτλ.* 76 B *εἰ γὰρ κατὰ τοὺς πεπλασμένους Χριστιανοὺς* (qualem fuisse Ioannem apparet) *ὁ οὐρανὸς μόνος περιέχει τὸ πᾶν, οὐκ ἂν ἔλεγε τὴν γῆν σὺν τῷ οὐρανῷ κτλ.* 77 D *πῶς οἷόν τε Χριστιανὸν εἶναι τὸν ...* ... *ἔνδον λέγοντα τοῦ οὐρανοῦ μόνον πάντα*; cf. p. 31 adn. 2.

ἀτρεκέως γὰρ
Οὐρανὸς ἔπλετο κόσμος ἀεικίνητος ὁδεύων.

His autem ex verbis Cosmi vicinum neminem alium nisi Caelum esse cognoscitur. Itaque tres Horae Caelum adspectant; sola hiemalis Hora faciem in aliam partem vertens (II v. 312 μεταστρέψασα[1]) Cosmum ipsum contemplabatur, unde elucet Horas inter Caeli Cosmique figuras, quamvis fortasse in inferiore loco, depictas fuisse.

Cosmus dextro pede leonem rugientem, quam Physin esse poeta dicit, collapsum calcans laeva manu palmam gestat, dextram, cuius quattuor digiti conspiciuntur, in altum ad Aethera extendit.[2] Hic enim coronatus atque alatus Cosmo impendet atque ut totum mundum ipse veluti στέφος circumdat, ita in pictura coronam (στέφος) super Cosmum tenet.[3] Qua cum imagine comparari potest signum nummo cuidam imperatoris Honorii impressum. Conspicimus enim imperatorem leonem calcantem et manu dextra crucem tenentem, cuius capiti manus caelestis coronam imponit.[4] Aetheri vero pictorem, cum ὁ αἰθὴρ masculini est generis, adulescentis figuram tribuisse affirmaverim. Neque vero facere potest Ioannes, quin in extrema descriptione interpretationem symbolicam adferat satis insulsam. Namque quod

De Cosmo.

De Aethere.

---

[1]) II v. 312 sq. ὄμματα παχνήεντα μεταστρέψασα προσώπου
πανтοφυὲς θηεῖτο σέβας Κόσμοιο φανέντος.

Friedlaender nulla ratione horum verborum habita omnes Aethera adspexisse sumit Horas.

[2]) II v. 330 sq. δεξιτερῷ ποδὶ πῆξε καὶ ὀκλάζουσαν ἐλέγξας
ἔσβεσε νικήσας ἄλογον Φύσιν· αὐτὰρ ὁ κάμνων
ἀμφιπαγὴς βρυχᾶτο λέων ὑπὸ ταρσὸν ἀνάγκῃ,
. . . ὡς δ' ἐπὶ νίκῃ
ἀκροκόμου φοίνικος ἀποσπάδος ὄζον ἀείρει,
καὶ παλάμην ἑτέρην ὑψούμενος Αἰθέρι Κόσμος
δεξιτερὴν ἤειρε· διαστήσας δὲ ταθείσης
τέσσαρα δάκτυλα μοῦνα μετάρσια πᾶσι φαείνει.

[3]) II v. 315 sq. καὶ ἀννεφέλων ὑπὲρ ὤμων
ὑψιπόρων πτερύγων ἀνεκούφισε ταρσὰ συνάπτων,
καὶ νοερὰς κροτάφων πυρόεις ἔστεψεν ἐθείρας·
ἄλλο δὲ χερσὶν ἄειρε πάλιν στέφος ὑψόθι Κόσμου κτλ.

[4]) Garucci Storia dell' arte christiana VI 482, 1. Cf. Cyrenen a Libya coronatam, Studniczka Kyrene p. 31 fig. 23. Rosch. Lex. II 1 p. 1726 fig. 2.

Cosmus quattuor digitos inclinato pollice ostendit, eo credit significari quattuor rerum principia a Cosmo misceri et contineri omniaque auctore illo facta esse.[1])

II.

De muri depicti conformatione.

Priusquam disceptemus, quomodo singulae, quas Ioannes describit, figurae inter se dispositae fuerint, de muri, qui hac pictura ornatus erat, forma dicendum est. Dubitari enim potest, utrum haec imago opus ornaverit concameratum an pavimentum an parietem planum. Nam eam in tabula parieti inserenda depictam fuisse ob imaginis amplitudinem nullo modo credi potest. Opinioni autem Friedlaenderi, qui tota hac quaestione neglecta picturam in pariete plano depictam fuisse credit, ipsa Ioannis verba videntur repugnare. Atque iam Trendelenburgius,[2]) qui ex enuntiatis veluti (v. 12) *ἀεροβατεῖν γάρ φασι* et (I v. 1 sq.) *πτερόεις με δι᾽ ἠέρος . . . Σειρήνων . . . ἄγει θρόος* et (I v. 4 sq.) *καὶ αἰθέρι πεζὸς ὁδίτης . . . ἀείρομαι* hanc picturam in alto depictam fuisse neque parietem aut pavimentum ornavisse conclusit, de abside vel de tholo cogitavit. Deinde cum Ioannes non caelum sed mundum se canere dicat,[3]) verba (I v. 7) *εἰς πόλον ἀστερόεντον ἀκοντίζει με διώκων* sensu carerent, nisi poeta vocabulo *πόλον*, quod ad totam pertinere picturam manifestum est, tectum cum caelo convexo compararet.[4]) Huc accedit, quod simillimis picturae Gazaeae figuris

[1]) II v. 339 sq *ὅττι μεριζομένων τετράζυγα φίλτρα κεράσσας*
στοιχείων πισύρων, ἐς ὁμόζυγα θεσμὸν ἑλίσσων,
σὺν πυρὶ γαῖαν ἔμιξε καὶ ἠέρι σύντροφον ὕδωρ
καὶ φύσιν ἐρρίζωσε καὶ ἀνδρομέην τέκε φύτλην
ἄσπορος εἷς τελέθων τις, ὅν οὐ νόος εὗρε νοῆσαι.

[2]) Archaeol. Anzeiger 1912 p. 47 sq. Cum Trendelenburgio consentit Carolus Robert Sark. Rel. III 3 p. 405 Similiter iudicat Wulff Altchristl. u. byzantin. Kunst II p. 448.

[3]) I v. 27 *κόσμος γὰρ ἀείδεται.*

[4]) Tholum autem cum caelo conferri posse et per se patet et vocabulum *οὐρανίσκος* ostendit. Comparari possunt Paul. Sil. H. Soph. (ed. Friedl.) v. 489 sq. et carmina Anthol. Pal. Append. ed Cougny tom. III cap. III 302 sq. = Cramer Anecd. gr. Paris. T. IV p. 329 sq., quamvis temporibus multo recentioribus composita esse videantur.

ad tecta exornanda iam antiquitus artifices usos esse tentorium ab Euripide in Ione descriptum docet (v. 1141 sq.). Quae cum ita sint, etiam versus (I v. 70): *εἰς πόλον ἑδριόωσα περίτροχον* (sc. *Σοφία* et *Ἀρετή*) et (I v. 137 sq.): *Αἰὼν . . . μορφοῦτο περίδρομον ἐς πόλον ἄλλον* nihil aliud significare confestim cognoscimus nisi illas figuras in pictura concamerata veluti in caelo expressas esse. Vocabulum autem *ἄλλον* Aeonem demonstrat in alia poli depictum esse parte ac figuras, de quibus antea egit poeta; sunt autem Caelus et illae, quae cum Sole cohaerent.

Si figuras, quas enumerat poeta, perlustraverimus, primo aspectu Oceani, Telluris, Atlantis, Thalassae imagines infimum tholi circuitum obtinuisse intellegemus. Atque ne de Atlante dubites, versuum (cf. supra p. 25), quibus poeta illius pedes solo infixos esse dicit, memento. Atlantem autem una cum Sapientia et Virtute (cf. supra p. 22 sq.), quarum illa dextrorsus haec sinistrorsus sedet, Solis fulcire discum exposuimus, supra quem Caelus superiore corporis parte e nubibus eminet.[1]) Super Caelum vero signum fuisse crucis tribus circulis illis inclusum (cf. supra p. 6 sq.) verba docent (I v. 44 sq.): *ὧν ἀποβαίνων Οὐρανὸς ἐστήρικτο,* quae non „unde discedens", sed „unde descendens" [2]) vertenda sunt. Atque crucem in tholi vertice locum habuisse non solum hemisphaeria hoc modo ornata,[3]) sed etiam poetae nobis persuadent verba (I v. 43): *οἷα πόλον μίμημα.* Namque circulos cruci circumscriptos, de quibus hoc dicit poeta, cum caeli circuitu conferri non potuisse apparet, nisi in summo tholi loco depicti fuissent, ut ipsi quasi infimum minoris tholi ambitum significare viderentur. Oceanum autem, cum eum

De picturae compositione.

---

[1]) Cur Caelum supra Solem expressum fuisse putemus, diximus p. 20.

[2]) Ad hunc verbi *ἀποβαίνων* sensum cf. Hom. Il. *Ρ* 480 *ἐγὼ δ' ἵππων ἀποβήσομαι, ὄφρα μάχωμαι,* Od. *ξ* 346 *αὐτοὶ ἀποβάντες* (sc. *νηός*), Od. *ν* 281 *ἀποβάντες νηός.* passim. Aliter Friedlaender, qui Caelum infimam imaginis partem obtinentem facit, quod vix credi potest, cf. p. 168 ubi vertit: *von ihnen wegschreitend steht Uranos da.* p. 169 *ἀποβαίνων gibt die Wendung von der Mitte weg.*

[3]) Cf. Wilpert, Röm. Mosaiken u. Malereien III tab. 29, 91, 108; etiam in ecclesiae S. Sophiae tholo crux musivo picta erat, Paul. Sil. v. 492, 506 sq.; cf. Friedl. p. 280.

dextrorsus iacentem Solem contemplari exposuerimus (cf. supra p. 36), in ea tholi regione, quae a figurarum discum portantium laeva patebat, expressum fuisse certum est. In adverso autem ambitus spatio Thalassam a disci solaris dextra depictam fuisse inde cognoscitur, quod illa sinistrorsus iacens ad Solem manum extendit.[1]) Quae cum ita sint, Telluris familiam quartam hemisphaerii partem, quae restat Atlantis figurae adversa, obtinuisse sequitur. Intelleximus igitur infimum operis concamerati circuitum in quatuor divisum esse partes atque Atlanti Telluris regionem, regioni Oceani Thalassam respondere et adversam esse.

Supra Oceanum autem Auroram cum duodecim Horis depictam fuisse facile est intellectu, quod eam ex illius aequore provenire poeta dicit (cf. supra p. 43). Quae cum ita sint, ne de Ventorum quidem loco dubitari potest. Nam equos, quos illi agunt, solares esse et ab illis ad Solem adduci supra exposuimus (p. 50), ubi Ioannis de Ventis versus cum Domus Aureae picturis comparavimus. Sed cum in hac Neronis domo[2]) non solum equos a Ventis, sed etiam ab Horis curriculum apportatum conspiciamus, etiam in pictura Gazaea Auroram et Horas, quarum alteras currum trahere, alteras eum sequi intelleximus, Soli vehiculum adducere elucet.[3]) Quod vero in Domus Aureae imagine non duodecim sed quattuor Horae depictae sunt, id nullius momenti esse nemo non videt. Quin etiam has quattuor Horas non ad annum sed ad diem spectare docuit Carolus Robert.[4]) Itaque fieri non potest, quin et Venti et Horae utrimque a Solis imagine depicti fuerint. Atque cum a disci solaris sinistra supra Oceanum Auroram una cum Horis fuisse depictam intellexerimus, ab eius dextra supra Thalassam Ventos fuisse in promptu

---

[1]) Recte enim Friedl. dicit (p. 219): *Thalassa . . . legt den linken Zeigefinger an den Mund und streckt die Rechte nach der Sonne aus. Da mithin die rechte Schulter vorgeschoben war, so erkennt man, daß sich die gelagerte Gestalt nach links wandte etc.*

[2]) Robert Sark. Rel. III 3 p. 406. Idem in sarcophago Havniensi III 3 tab. CVIII 336 videmus.

[3]) Robert ibid. p. 405 sq.

[4]) Robert ibid. p. 408. Cf. etiam ea quae de duodecim apud Nonnum et Quintum Horis exposuit Robertus ibid.

est.[1]) Aurorae vero gregem antecedebat Lucifer, id quod magis quam verba (II v. 203) προάγγελος αἴθοπος Ἠοῦς, quae mere poetica esse possunt, id probat quod eum Soli facem porrigere legimus (cf. supra p. 15). Neque vero procul ab hac figura adstabat Orthrus, quem quamvis non arcte cum Lucifero coniunctum tamen prope illum depictum fuisse poetae verba docent.[2]) Neque longe ab his figuris afuisse Anatoliam (cf. supra p. 14) et re ipsa et eo, quod poeta dicit λευκοχίτων ἤϊξεν ἐπὶ δρόμον Ἠριγενείης (II v. 244), indicatur. Atque illam inter Luciferum et Horas curriculum trahentes, sed in infimo tholi circuitu inter Oceanum et Virtutem una cum Orthro expressam fuisse credo. Oculis autem sublatis pede uno elato quasi ascendentis et in Aurorae cursum properantis speciem videtur praebuisse.[3]) Praeterea non solum Euphorias (cf. supra p. 35 sq.) sed

---

[1]) Discimus igitur Ioannem, cum Ventos et Auroram a Sole in carmine seiungat neque quicquam his de rebus enarret, proprium picturae argumentum ita non intellexisse, ut curriculum non Soli sed Aurorae tribueret. Itaque poetam fascias Horarum pectorales, quibus etiam Aurora ornata erat, errore quodam pro loris habuisse iam non miraberis (cf. supra p. 45).

[2]) Cf. supra p. 15. Fortasse veluti Luciferum facem, ita flagellum Orthrum Soli adportavisse primo obtutu haud scio an credas. Nam quamquam Ioannes versus (II 239 sq.):

ἀλλὰ θοῇ μάστιγι φιλήμερος Ὄρθρος ἀνέστη,
ἐννύχιον γλυκὺν ὕπνον ἀκοντίζων ἀπὸ λέκτρων

ad Nonni verba (31 v. 138, cf. supra p. 15) αὐτὸς Ὄρθρος ἀκοντίζει με videtur composuisse, tamen fieri potest, ut aut artifices, velut huius imaginis pictor, poetarum versus imitati Orthrum flagellum vibrantem fecerint aut poetae de talibus imaginibus recordati — id quod magis adridet — eiusmodi versus condiderint. Namque velut Horas curriculum, Ventos equos, Luciferum facem adportantes, ita Orthrum flagellum Soli deferentem huius imaginis archetypo, qui Solem iter cotidianum praeparantem repraesentasse videtur, fuisse peculiares non sine probilitatis specie conicias. Itaque Orthrum dextrorsus a Solis disco Ventos antecessisse cogitari potest. Attamen huic opinioni id repugnat, quod iam Auroram legimus tenuisse flagellum (cf. supra p. 43), quod Soli eam daturam esse in promptu est. Itaque cum verba ἀκοντίζων ἀπὸ λέκτρων ab Ioanne licentia quadam poetica dicta esse persuasum habeam, Friedlaenderum, qui Orthrum facem tenentem delineandum curavit, secutus sum.

[3]) Simili figura Dysis depicta est: Robert Sark. Rel. III 3 tab. CXVIII n. 357 p. 449 = Robert Hermeneutik p. 52 fig. 38.

etiam Phoenicem (cf. supra p. 15 sq.), quae figurae et in Ioannis descriptione et natura cum Lucifero, Orthro, Anatolia arcte cohaerent, hac in imaginis parte depictas fuisse suspicor. Namque Phoenicem veluti Solis avem, Euphorias veluti deas, quas simili modo atque Horas annum regere Hesychius videtur docere (cf. supra p. 35 adn. 5), prope Solem expressas fuisse vix quisquam neget. Quibus Euphoriarum figuris respondent, ut par est, quattuor Anni Horae (cf. supra p. 52 sq.), quas iuxta Sophiam a dextro Atlantis latere sedere opinor. Namque, ut diximus (cf. supra p. 54 sq.), tres ex illis Caelum Cosmi vicinum aspexisse Ioannes enuntiat. Itaque hae in sinistram versae partem oculos ad Caelum attollunt, quartam autem in contrariam partem versam Cosmum ipsum intueri poeta dicit (cf. supra l. c.). Unde sequitur Cosmum ab Aethere coronatum (cf. supra p. 55) ab Horarum catervae dextra depictum fuisse. Eum autem proximum subter crucem locum obtinuisse inde cognoscitur, quod Aethera in summa pictura redditum fuisse necesse est.[1])

Priusquam ad reliquas figuras distribuendas aggrediamur, examinandum nobis est, quomodo Oceani, Thalassae Tellurisque familiae dispositae fuerint, id quod haud difficile videtur esse expeditu. Namque cum regioni Oceani Thalassae regionem, Solis regioni[2]) regionem Telluris respondere intellexerimus, eodem modo etiam figuras singulas singulis figuris, quae in adversa exstabant regione, respondisse verisimile est. Quod quamquam non omnino ad Solis ac Telluris figuras pertinet, tamen id in Thalassae et Oceani familias valere in propatulo est. Itaque quod post Thalassae tergum aequor piscibus repletum fuisse legimus (cf. supra p. 39), et Oceanum ipsum una cum ceto et tauro (cf. supra p. 36 sq.) et Thalassam ipsam in sua quemque extrema expressos fuisse apparet regione, ubi illum Euphoriae hanc Anni Horae antecedunt; ab utriusque autem numinis marini tergo et angelum et in Oceani parte Bythum, in altera pisces in undis depictos fuisse elucet. Atque ut Oceani angelus angelo Thalassae, ita Atlantis figura alteri Telluris

[1]) Similiter iudicat Friedl. p. 218.

[2]) Huc spectant etiam Euphoriae, Anatolia, Orthrus, Atlas, Phoenix, quattuor Horae.

angelo videtur respondisse. Sed cum Atlantis figura Solis regionem dimidiatam fuisse luce clarius sit, non solum hunc Telluris angelum sed etiam illos, qui ad Oceanum et Thalassam pertinent, suae quemque regioni medios interpositos fuisse putamus.[1]) Porro si Telluris famuli quomodo dispositi fuerint quaerimus, dubium non esse potest, quin angelus ille *γαιηόχος* (cf. supra p. 30 sq.) alterum (cf. supra p. 28. 30) maiestate ac pondere superaverit. Itaque eum hanc regionem dimidiasse credam. Sed quod hic angelus globum super Telluris caput manu tenebat, inde huius deae figuram ipsam media in regione terrestri accubuisse sequitur. Atque cum ex Thalassae undis Chimonem emergere terramque guttulis et ex manu eius porrecta et ex Imbrium corporibus defluentibus recreari poeta dicat (cf. supra p. 40 sq.), non solum eum super Thalassae et Telluris confinium collocatum fuisse, sed etiam alterum Telluris pusionem (cf. supra p. 29), quem imbribus madescere legimus, subter Chimonis manum depictum fuisse apparet. Angelus vero aquarius (cf. supra p. 40 sq.) Chimonem secutus supra maris undas videtur volitasse, quod ante porrectam Chimonis manum antecedere non poterat. Itaque Tellurem, quam illum puerum adspectavisse per se patet, in sinistram versam fuisse partem elucet. Alterum vero angelum, quem poeta Telluris obstetricem vocat inter hunc puerum et Tellurem adstetisse verisimile est. Namque a Telluris tergo in dextra huius regionis parte depictae erant Hersae (cf. supra p. 33 sq.), quarum una mulcebat anguem corpore Telluris cornu circumplicantem. Sed non solum Hersas illas, sed etiam Dysin (cf. supra p. 47 sq.) hoc loco conlocatam fuisse putaverim. Atque inde, quod eam septimam vel tertiam decimam esse Horam poeta vult, Dysin proxime ab illis in ipso Oceani Tellurisque confinio expressam fuisse cognoscitur. Ab hac autem figura Horarum agmen tamquam ex oceano ascendens usque ad curriculum super Oceani angelum depictum extendebatur, qua re explicatur non solum qua ratione Horae *ἐπιβήτορες δίφρου* nominari possint, sed etiam quomodo factum sit, ut Ioannes illius poetarum de

---

[1]) Quibus de causis non solum Oceani angelum (cf. supra p. 38), sed etiam eos, qui prope Thalassam et Tellurem adstabant, crucem tenuisse credam.

Aurora ex Oceano emergente opinionis memor haec faceret verba (I v. 314 sq.):

ἀλλ' ἀπὸ ῥείθρου ὄρθριος Ἠριγένεια . . . ὁδεύει.[1])

Quibus rebus expositis quaeramus, quomodo tholus supra Telluris regionem ornatus fuerit. Apparet autem supra laevam huius regionis partem Ceraunoboliam illam (cf. supra p. 42 sq.), penicillo redditam fuisse. Namque Brontae Astrapaeque figuras non solum supra terram sed etiam prope Chimonem, quocum familiaritate quadam coniunctae sunt, expressas fuisse necesse est. Praeterea dubium non est, quin et Vesper (cf. supra p. 10) et Nox (cf. supra p. 18 sq.) super regionem terrestrem depicti fuerint. Namque de hoc poeta dicit (I v. 186) *λαμπάδα νυκτιχόρευτον ἐπικλίνων ὑπὸ γαῖαν*, de nocte autem (II v. 246) *καὶ ἐς χθόνα νειόθι δύνει.* Itaque has figuras supra dextram huius regionis partem, cum sinistra iam figuris expleta sit, ponamus. Sed quod Vesperum cum Luna coniunctum fuisse verisimile est,[2]) inde hanc deam (cf. supra p. 27) prope illum fuisse conlocatam elucet. Atque id quidem rectum esse non solum eo confirmatur, quod haud procul in eodem tholi sectore conspicimus Dysin, quam ad Lunam manum extendere poeta dicit, sed etiam quia hoc modo omnia noctis numina — Vesperum dico et Lunam et Dysin et Noctem ipsam — in eodem imaginis loco expressa habemus. Atque iuxta has figuras Aeonis figuram (cf. supra p. 8 sq.) a pictore redditam fuisse vix quisquam negare potest. Nam non solum ille ante Vesperum ab Ioanne enumeratur, sed etiam vocabulis, de quibus supra egimus (p. 57) *μορφοῦτο ἐς πόλον ἄλλον* haec nostra opinio probatur. Illum autem subter crucem ipsam pictum fuisse inde apparet, quod et Vesperum et Noctem, quia ad terram delabi videbantur, inferiores imaginis locos obtinuisse nemo non videt. Atque cum Cosmum in adversa tholi parte expressum Aeoni respondisse in propatulo sit, summum tholi subter crucem circuitum Caeli, Cosmi, Aeonis figuris quasi in tres divisum fuisse partes evincitur. Restat

[1]) Hom. Il. Τ 1 *Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων ὤρνυτο*; Hom. Hymn. III 184 sq.; Mimnerm. frgmt. 12, 3 sq. (Bergk); Quint. Sm. V 395, VI 1; cf. Rapp. ap. Roscher. Lex. I, 1 p. 1256.

[2]) Cf. Robert Sark. Rel. III 3 tab. CXIII n. 343 b, CXVIII n. 357.

igitur Iridis figura (cf. supra p. 12 sq.). Illam autem supra angelum Telluris globum tenentem ita credimus adstetisse, ut Ceraunoboliam ab noctis numinibus seiungeret. Ac quod hic picturae locus Soli adversus est, id cum Iridis natura videtur consentire. Tholum autem singulis stellis, quas poetam ἁμάξης nomine comprehendisse suspicamur, fortasse ornatum fuisse supra commemoravimus (cf. p. 11).

Quodsi ea, quae de imaginis compositione exposuimus, perlegeris, fortasse miraberis, quod ordinem, quem poeta in figuris enumerandis observat, saepius in pictura restituenda negleximus. Sed Ioannem, praesertim cum figuram figurae nudis verbis velut (I v. 180): καὶ . . . εἶδον, (I v. 137 sq.): καὶ . . . μορφοῦτο simpliciter adiungat atque perraro aliquid de conexu exponat — veluti homines artis imperiti, qui tholum depictum contemplantur, modo huc modo illuc oculos circumferre solent —, vix consilio ac ratione in pictura describenda processisse unusquisque concedere debet. Atque id quidem eo, quod illum imaginis argumentum prave perspexisse supra (cf. p. 59 adn. 1) diximus, optime confirmari nemo neget. Immo figurarum multitudine perturbatus poeta magis carmini condendo quam picturae ex artis regula describendae operam videtur dedisse. Atque cum carminis initio unde inciperet quaereret, post crucis imaginem Caeli maiestas in altissimo loco posita ultro ei se offerebat. Sed cum carmen in duas partes dividere vellet, alterius initium cepit a Tellure, quae ut notione ita in imagine Caelo opposita erat. Qua re commotus etiam tholi picturam Ioannes ad carmen bipartitum componendum ita in duas dispertivisse videtur partes, ut altera Caeli, Solis, Atlantis figuras et eas, quae sinistrorsus ab illis usque ad Dysin et Hesperum conspiciebantur, altera alteram picturae partem Telluris Thalassaeque imaginibus determinatam contineret. Sed qua erat, ut diximus, inconstantia, saepius figuras ex altera, ut ita dicam, provincia alteri immiscuit. Qua in describendi ratione Ioannem figurarum, quae arctius inter se cohaerebant, ordinem saepius observasse per se patet atque ex ipsa rei natura sequitur. Itaque huius rei in pictura restituenda haud sine iure saepius rationem habuisse nobis videmur.

Restabat quaestio, num omnes hae figurae eo, quo dixi, modo in tholi ambitu ita disponi possent, ut et spatium sufficeret

neque lacuna maneret. Neque vero solvi poterat nisi experimento. Maximas igitur gratias ago Gertrudi de gente Wissowa, quod, quae verbis explanare studui, manu artificiosa in eleganti reddidit delineatione,[1]) quam in tabula adiuncta expressam habes.

De Ioannis aetate.

Denique, quae ex hac disputatione de poetae et picturae aetate consequuntur, omittere non decet. Nam cum Ioannem neque compositionis rationem perspexisse nec de Ventorum et XII Horarum munere recte iudicasse appareat, fieri non potest, quin maius intervallum inter carminis et imaginis originem intercedat, quam Friedlaender statuit (p. 111). Quod si ille recte thermas medio sexto saeculo aedificatas esse conclusit, Ioannem vix ante saeculum septimum vixisse et Georgii Pisidae fere aequalem fuisse necesse est.

[1]) Huius delineationis impensae ex copiis Robertianis, quae dicuntur, mihi promptae erant.

Vita.

Ego Gerhardus Franciscus Hermannus Krahmer natus sum Sedini a. 1890, die IV mensis Decembris, patre Ricardo, matre Marianna e gente Lenz, quorum superstitum adhuc fruor amore. Fidei addictus sum evangelicae.

Primis litterarum elementis Berolini imbutus ac maturitatis testimonium in gymnasio, cui reginae Luisae nomen decori est, a. 1911 assecutus Halas Saxonum me contuli, ut studiis et philologicis et archaeologicis operam darem.

Tum Monachii et Berolini per tria semestria in artibus litterisque versatus Halas anno 1914 redii studia ad finem me ibi esse perducturum sperans. Quod consilium bello subito exorto ad irritum cecidit. Itaque factum est, ut rebus Germanicis profani vulgi dementia perditis a. 1919 iterum Halas reversus studia quasi de integro instaurare cogerer.

Docuerunt me hi viri illustrissimi Halenses: Achelis (nunc Lipsiensis), Bechtel, Goldschmidt (nunc Berolinensis), Kern, Leuze, Menzer, Nebert, Praechter, Robert, de Stern, Waetzoldt, Weege, Weinreich (nunc Heidelbergensis), Wissowa,

Monacenses: de Bissing, Crusius †, Lippold, Wolters,

Berolinenses: Cassirer, Dessoir, Friedlaender, Goldschmidt, Loeschcke †, Ed. Meyer, Ed. Norden, Preuner, Rodenwaldt (nunc Gissensis), de Wilamowitz-Moellendorff.

Quibus viris praeclarissimis gratiae mihi agendae sunt sincerrimae, imprimis Ottoni Kern sanguine mecum coniuncto, qui ad antiquitatis studia animum meum direxit omnibusque in rebus semper mihi adfuit. Sed quantum debeam Carolo Robert, verbis exprimi nequit.



Tabula mundi
secundum Ioannis Gazaei descriptionem a Gertrudi Wissowa delineata.